UNIVERSITY
OF
TORONTO
LIBRARY

LL
Q78deiS.2

M. FABII QUINTILIANI

DE

INSTITUTIONE ORATORIA

LIBRI DUODECIM.

EDITIONIS SPALDINGIANAE

VOLUMEN VI.

LEXICON ET INDICES CONTINENS

CURAVIT

EDUARDUS BONNELLUS

GYMN. BEROLINENSIS PROF.

LIPSIAE, 1834.

SUMPTIBUS FRID. CHRIST. GUIL. VOGELII.

23322
7/6/92

CAROLO TIMOTHEO ZUMPTIO

S. P. D.

EDUARDUS BONNELLUS.

Quod dudum ardentissime cupiveram, doctissime vir et amice carissime, nunc tandem exsequi mihi contigit, ut tibi hos studiorum meorum velut fructus quosdam offerrem et dicarem. Tibi vero praecipue hos dicandos semper existimabam, quod Tua olim institutione adolescens ad studia mea quum toti antiquitati tum Latinis literis accommodanda excitabar, quod Tuo semper exemplo ad quamlibet operam in literarum cultu fortiter subeundam admonebar, quod

Tuo denique jam ultra decennium consilio et familiaritate non in literis tantum sed in omnibus vitae partibus confirmabar. Accipe igitur, dilectissime amice, hoc et pietatis et caritatis meae documentum qua soles humanitate, et sicut Tu ad hoc opus suscipiendum mihi auctor fuisti, maximamque ejus partem erudito tuo consilio continenter prosecutus es, ita, si qua minora ceciderint exspectatione et tua et ea, quam fortasse doctorum hominum in Prooemio, Supplementis Tuis Quintiliani Spaldingii praemisso, de opere meo excitasti: his Tu, aeque errorum censor, indulge. Erroribus autem ut unumquemque hominem obnoxium puto, ita me in hoc componendo libro, qui quotquot particulis, discerptis prius, ut deinde in novum ordinem digererentur, quasi conglutinatus est, totidem lapsibus praebuit materiam; quum nativo et vero ordine verborum de industria disturbato, novus quidam construendus mihi esset laxior et artificiosior, externo tantum comprehensus vinculo, quod ipsum, etsi illud omnium rerum ligamen, ratio, deesse omnino non debebat, tamen interdum hac ipsa defici ne forte videatur, est quod verear. Etenim quum materiae et copia et inopia viam institutam in singulis articulis ita mutare me cogeret, ut fere in unoquoque verbo alia mihi

ingredienda videretur; tum singulorum vocabulorum et vis et usus suam quandam rationem desiderabat, ita ut te omnesque, quibus uti his meis placuerit, praemonitos velim, ne unam et eandem omnium partium faciem quandam expectent, sed saltem persuadeant sibi, me non temere declinasse.

At vero alia venia mihi expetenda videtur. Opus, quod jam ante hos quinque annos propemodum ad umbilicum adductum Tu dixisti, nunc demum in lucem prodit, quum, cui quidem rei Quintilianus ipse haud irasceretur, jam in nonum fere prematur annum, si inde ab eo primum inchoato duco rationem. Tu quidem satis nosti causas tam diu extracti mei laboris: quot fortunae vicibus jactatus intra hoc prope decennium a cursu instituto plus semel repellerer, quot curis et negotiis distraherer; sed quid haec ad literas? Tenui equidem propositum, quamvis sentirem, quantum onus subissem, quum Herculeum quendam, qualem aptissime Matthias Gesnerus Lexici condendi operam vocat, laborem suscepissem, quumque irritum atque inutilem prope eum fore censerem, si passim tantum, quae mihi liberent, quaeque ad indolem auctoris proprie pertinere mihi soli viderentur, excerperem, neque vero quam plenissimam copiam orationis ejus diligentissima cura expromerem

et explicarem. Itaque studui, nihil omnino praetermittere, quod aliquid ad explanandam vim et usum cujusvis vocabuli conferre posset; et quamvis hac cura ad ingentem molem creverit liber, tamen ab intelligentibus viris reprehensionem non metuo, qui probe scient, nihil esse in literis tam minutum, quod cognitione omnino sit indignum; quum praesertim ea sit Quintiliani Latinitas, quae secundum a Cicerone merito occupet locum, nisi quod in illo elegantiore et subtiliore particularum usu vitio aetatis suae et ipsa laborat. Alteram vero nec levem causam retardandi aut certe in multum tempus proferendi operis Tu ipse, vir doctissime, attulisti: Supplementa enim Tua Spaldingiana atque magis etiam editio Tua Quintiliani me coëgerunt, non solum Lexicon meum non prius prelo subjicere, quam haec duo opera diligenter inspexissem; sed quum tam multis locis emendatus ac restitutus Tua opera evaderet Quintilianus, totus labor, qui jam confectus videbatur, de integro mihi erat retractandus, ut, qui fructus ex Tuis studiis ad Fabium conferretur, idem ad meum quoque Fabianum redundaret; et quia munus scholasticum mihi horas revera succisivas tantum permittit, plurimam enim optimamque otii mei partem discipulis meis me debere existimo,

in multum tempus denuo extractum est opus, quod nunc, Deo opitulante, Tibi signum mei amoris, eruditae civitati tanquam experimentum offerre audeo, studia literarum pro meis viribus augendi et locupletandi. Hoc si mihi contigerit, satis amplum praemium tulisse mihi videbor, neque enim sane lucri aut gloriolae cupido ad hoc opus suscipiendum me impulit; illud pro infinito prope labore perexiguum tantum esse potuisse, neminem fugiet, qui rationem mercatus literarii cognoverit; hanc vero ex hoc libro meo sperare, qui non sermonibus omnium gentium perlustratis flosculos undique decerptos collegit, sed modesto unius scriptoris spatio continetur, hominis esset imperiti morum et opinionum nostrorum hominum, qui splendida tantum et magnifica ingeniorum monumenta, aut quae certe speciem hujus indolis induant ac prae se ferant, magni faciunt, documenta autem constantiae et assiduitatis, procul ab omni ostentatione posita, parvi aestimant atque negligunt, ne dicam contemnunt. Satis vero firmatum est pectus meum adversus iniquam illam stupendae diligentiae et laboriosae industriae laudem, nec minus adversus supercilium eorum, qui ingeniosi magistri praecepta pro suis inventis venditantes omnia alia despiciunt, et vanitati suae magna nomina prae-

tendentes soli in literis regnare sibi videntur, subitaneisque suis operibus mereri immortalitatem.

Ita me semper sensisse, Tu, doctissime vir, optime scis, verum non frustra laborasse mihi videbor, si tibi ac tui similibus opus meum probabitur.

Berolini a. d. VIII. Kal. Januar. MDCCCXXXIV.

PRAEFATIO

AD LECTORES.

Quod promissa abhinc quinquennio sexta et ultima, quae Lexicon continet, pars Spaldingianae editionis Quintiliani, jam sub finem antecedentis seculi inchoatae, nunc demum emittitur, excusabunt certe, qui malunt cum cura et labore, quoad id humanae industriae contingere potest, perfectis, quam festinatis et velut praecocibus uti libris. Velim equidem, ut id, quod Philippus Buttmannus olim (Vol. IV. Praef. p. VII.) de quinto volumine nec frustra optaverat, idem de hoc sexto quodammodo possit praedicari, perfectum esse cura digna et Quintiliano et Spaldingio. Demandaverat enim mihi jamdudum C. Timoth. Zumptius, quo egregio viro, praeceptore antea meo, ab illo tempore familiarius uti mihi contigit, quum ipse relictam a Buttmanno operis partem suscepisset, meque in digerenda et componenda largissima Codicum manuscriptorum penu adjutorem adscivisset, negotium

Lexici Fabiani et verborum et elocutionum quam copiosissimi et accuratissimi componendi. Quid ipse de hoc Lexici condendi opere senserit, in Praefatione sua Supplementorum p. XXV. pronuntiavit, ergo meum erat, nec spem nec judicium tanti viri fallere. Atque laborem certe impendi per longum annorum spatium quam maximum, et tametsi aequalis semper et par sibi operis perficiendi tenor satis me fatigaret, tamen nefas duxi committere, ut ab opere semel suscepto abducerer, quamvis gratiores arriderent mihi literarum loci et amoeniores regiones, per quas excurrere et jucundius et forsitan fructuosius mihi fuisset; verum magis etiam instandum rei videbatur, quum evenisset, ut ego ad idem munus scholasticum ineundum vocarer, quod olim cum tanta laude in Gymnasio Berolinensi Spaldingius administraverat, ut fato quodam eodem prope loco editio Quintiliani, quo inchoata esset, et perficeretur.

Quae tamen mihi erat via ingredienda, quae ratio instituenda in disponendo et ordinando hoc Lexico? Excusso toto Quintiliano, qualem Spaldingius recensuerat et composuerat, ac retractato eodem, qualis a Zumptio restitutus erat, omnes libros et scripta adii, ubicunque quidquam de Quintiliano disputatum erat, quod nondum in notitiam Zumptii, quum editionem suam emisit, pervenire potuerat; ne quid ullo loco repositum esset, quin conferret ad explanandum hunc scriptorem. Erant quidem Quintiliani libri, praeter decimum, prope derelicti a viris doctis post Spal-

dingii et Zumptii operam, quin etiam judicio palam pronuntiando de Supplementis Zumptianis viri docti abstinuerunt, neque editioni Zumptianae, Guil. Vogelii sumptibus Lipsiae a. 1831. emissae, praeter me ipsum censor, nisi unus T. Baden in novis Annalibus Philologicis et Paedagogicis VI, 4. obtigit. Omnium vero duodecim librorum recensionem suscepit Aug. Gotth. Gernhard, vir de grammatica Latina bene meritus, notasque maximam partem criticas, et paulo post libellum, Corrigenda et Addenda ex Zumptii Supplementis continentem, adjecit, Lipsiae 1830 sumptibus Teubneri. Commendandam hanc editionem nos praecipue adolescentibus censemus, tam propter elegantiam formae quam propter annotationes, ex quibus satis multa ad studia sua adjuvanda depromere possint, si modo Addendorum opem diligenter adhibeant. At vero diligentius elaboraverunt docti homines in decimo libro, quem jam ante Volumen V., commentario locupletissimo et quinque Excursibus aliisque Additamentis instructum, C. H. Frotscherus, in libris veterum edendis unus omnium maxime sedulo versatus, cum civitate literaria communicaverat. Recepit ille Spaldingii notas integras, aliasque utiles adjecit, lapsus tamen est judicio, quod Turicensis, ex optimorum numero sed mirifice depravati Codicis, auctoritatem nimis interdum religiose secutus est. Praeterea in Germanicam linguam transtulit, notis post versionem additis, decimum librum Chr. Gottl. Herzog, Lipsiae 1829, eoque libro tirones cum aliquo suo fructu utentur, judicio

**

tamen acriter adhibito, ne grato sermone et blandis argumentis editoris decepti falsa pro veris amplectantur. Edidit hic idem auctor Latine eundem librum, sed sibi et Latinis literis, quibus alioqui satis laudabilem operam impendit, melius consuluisset, si versione sua fuisset contentus. Minores libellos foras dederunt Eichhoff, iterum Gissae 1830, textum decimi libri cum variis lectionibus editionis Coloniensis, antea nondum satis diligenter collatae: et pseudonymus Fr. Guil. Augusti, Helmstadii 1831., juvenis, ut videtur, a literis non alienus, certe ingentem librorum laudatorum copiam in annotatiunculis suis coacervavit, ut totas bibliothecas eum ad unum libellum explanandum excussisse crederes. Horum omnium librorum post Volumen V. editorum si quis uberiorem censuram meam desiderarit, in Annalibus proximorum annorum literariis inveniet *), quidquid vero illi ipsi ad Quintilianum accuratius cognoscendum aut restituendum contulisse mihi videbantur, suis locis in Lexico ipso commemoravi.

Sed novum quoddam fundamentum, in quo super Spaldingii editionem ipse meum opus extruerem, facta mihi est editio Zumptiana, quae ad fidem Codicum manuscriptorum optimi generis,

---

*) Jahrbücher für wissenschaftliche Kritik Juli 1830 No. 5—7. u. Juni 1833 No. 118—120. Allgemeine Schulzeitung Abth. II. No. 23. Neue Jahrbücher für Philologie und Pädagogik 1832. VI, 1.

praecipue Ambrosiani I., de cujus praestantia in praefatione ad Supplementa Zumptius accurate disseruit, sexcentis amplius locis verba scriptoris restituit; aut ubi editor Codicibus destituebatur, conjectura scripturam corruptam feliciter haud raro emendavit. In hoc igitur fundamento Lexicon Quintilianeum condendum esse censui, si, quantum fieri potest, Quintiliani verba et locutiones integras deberet continere; attamen, quum singuli loci totiens mihi inspiciendi et subtiliter examinandi essent, quumque ipse exemplorum Fabiani sermonis copiam, quantam nemo ante me, congessissem, fieri non potuit, uti me prorsus obstrictum teneret Zumptii auctoritas, et in verba, ut ajunt, magistri jurarem; partim enim ad Codices optimos recedendum judicavi, ubi acutus ille Romani sermonis judex ab iis discesserat, partim conjiciendo verum indagare studui, ubi intactum idem reliquerat locum corruptum. Hi quidem etiam nunc non pauci sunt, qui aut sagacitatem virorum doctorum, aut nova subsidia manuscriptorum desiderant, qualia Bambergensis Codex promittit, modo ne justo majorem spem de eo, quantam Sarpius Rostochiensis olim excitaverat, literarum studiosi capiant. Contigit enim mihi decimum librum cum vulgari textu accurate conferre, nam plura brevitas temporis mihi ad hunc finem concessi non permisit; verum confirmatum mihi est Zumptii de eo judicium ultimae plagulae editionis ejus adjectum, minime eum jacturam Ambrosiani I. in ultimis libris explere, quanquam non erit irritus

labor totum diligenter introspicientibus *). Quam partem Codicis nos quidem legimus, admodum corrupta apparebat et plane imperitis ac rudibus manibus ex vetustis et melioribus fortasse libris transcripta, plerumque cum Turicensi et Florentino, partim tamen cum Codicibus secundi ordinis, imprimis cum Guelferbytano congruens. Interlinearis scriptura crebras quum emendationes tum corruptiones alterius sed haud magis eruditi librarii continet, translatas plerumque ex Codice aliquo secundi ordinis, tamen ejusmodi, ut viam Quintiliani ab inveteratis quibusdam vitiis expurgandi interdum indicent. Qui Codex cui usui mihi fuerit suis locis apparebit, at velim, ut doctus aliquis et diligens homo, cui facilior ad eum aditus pateat, partem otii sui impendat, ad illum totum in lucem protrahendum. In parte operis me adjuverunt *Animadversiones ad locos quosdam Quintiliani difficiliores* a Doctore Heinisch Programmati Gymnasii Glaciensis praemissae, a G. Pinzgero in Annalibus Phil. et Paed. XII, 2. recensitae et examinatae. Nec praetermittendum arbitror fragmentum Codicis

---

*) Sic 10, 1, 35 dat Bamb. a. pr. m. *vitio factum est orum* (lege *eorum*), a. sec. m. *v. f. e. alia oratorum*; 10, 1, 44 a pr. m. *plena spiritus*, a. sec. m. *al spuritus plena*, quibus locis veram lectionem sola prima manus hujus Codicis continet, at quae irrepsit in nostras editiones, solum ex prave intellecta ab librariis nota alius manus, *alia* s. *al*, orta est; quae res mihi viam monstravit ad detegenda alia vitia ejusdem originis 6, 1, 38. 6, 2, 14. 8, 6, 57 *N. cr.*

Quintiliani in tegumento vetusti libri apud librarium Heidelbergensem ab Hermanno Reinganum repertum, atque in Seebodii Archivo philologico et paedagogico a. 1825. p. 701—4. editum, VIII, 3. §. 7—33. Videtur ille Codex secundi ordinis fuisse, et tametsi mirifice corrupta est ejus scriptura, tamen futuro editori non plane erit negligendus. Toto denique opere jam prope ad finem perducto dudum expectatum primum volumen Quintiliani ab H. Meyero Turicensi hoc tandem anno editum, quattuor primos libros continens, nactus sum; cui viro, Latinarum literarum studiosis jam satis noto, praeter spectatam doctrinam nova adjumenta critica praesto fuerunt: nova et accuratissima Turicensis Codicis collatio et Codex quidam Lassbergensis, quem maxima laude dignum atque in optimis lectionibus fere cum Ambrosiano I. consentire ipse dixit; speramus igitur hunc librum maximo usui futurum in iis, quibus ab Ambrosiano ipso destituimur, partibus.

Congesta igitur undique materia meum opus mihi erat construendum: discerpta et divulsa membra scriptoris in novum regerenda ordinem, qui ipse et ratione esset compositus, et quam facillimum utentibus praeberet adspectum, usumque quam maxime expediret. Sed quum mihi ad Lexicon condendum non universae linguae Latinae paratae essent opes, sed unius tantum scriptoris, non potui intimum significationum connexum vocabulorum persequi, sed indicare tantum, quam vim, quem usum singula verba et locutiones suis locis haberent,

ac saepe ne indicare quidem haec, sed legentibus permittere, ne moles libri in immensum cresceret; satis igitur plerumque habui, breviter significasse, quae legentes sponte intellecturos credebam, doctis enim scribebam, non discentibus. Maxime vero studui, ut planus et facilis per singula esset cursus Lexicon perlustrantibus: itaque varias significationes, ubi licebat, comprehendens et flexiones constructionesque vocabulorum potissimum secutus Nominum Casus et Verborum Genera discrevi, et quibuscum illa jungerentur Appositis, quos haec regerent Casus, ostendi. In qua tamen re lectorum animos hoc loco monitos velim, me, quum Nominativum et Accusativum scripserim, vim Casuum horum non formas spectasse, quum saepe, mutata constructione, alter in alterum transeat, tamen in complexu sententiae vim priorem retineat, ut ex. c. p. 147. sub Compositio. *α*) *Nominat.* invenias „*magis non ἄῤῥυθμον — quam ἔνρυθμον esse compositionem;*" ac paulo post *δ*) *Accus.* „*rebus accommodanda compositio.*" Atque similia ubi invenerint, similem rationem subesse censeant. Ceterum ut succurrerem labori singula quaerentium, ordinem, quem alphabeticum vocant, etiam in plurimis particulis ipsorum vocabulorum adhibui, ut, si cui via ingredienda esset in hunc vocabulorum velut Labyrinthum, quodam Ariadnes filo facilius et tutius per omnes errores et anfractus duceretur. Denique operam dedi per totum opus, ut Latinarum literarum studiosos sublevarem meo labore quam maxime; quam molestam quidem sed literarum cultui utilem

operam meam, si, qui his mecum uti velint, probe intellexerint, et, quod sperare posse meo quodam jure mihi videor, ei gratiam nonnullam habeant, hos rogo, ut, si qua peccata invenerint, benigne et comiter potius errata corrigant, quam me acerba castigatione fatigent.

Iam igitur lectores ad paratas et instructas dapes ipsas adducturus commonefaciam et docebo, quibus rationibus et signis ad singulorum locorum intellectum adjuvandum atque explanandum usus sim. Rectis literis scripta sunt omnia ipsius Quintiliani verba, paulo distractioribus ea, in quae legentes imprimis convertere volui, ut in rariores formas et constructiones, in verba idem significantia et opposita, aut si qua graviora nimis latere circumjacentibus mihi viderentur; contra *obliquis literis*, quaecunque de meo adjeci, atque haec ipsa cancellis cincta, quotiens cum scriptoris verbis miscerentur: uncis vero inclusi, quae dubia aut incertae auctoritatis videbantur. Praeterea sigillis ac notis vulgaribus usus sum ad quaedam breviter indicanda, nisi quod *aliam lectionem*, minus probabilem sed non plane contemnendam, apud me *a. l.* significabit. Verbis a Quintiliano ipso ex aliis scriptoribus allatis primas auctorum literas apposui, omissis tamen omnibus eis locis, qui in operibus nobis servatis adhuc leguntur, quorum Index totum opus concludit. Nomina autem ipsa illorum scriptorum pleraque, quae notiora sunt, per se, obscuriora ex integro eorum nomine in Indice Nominum propriorum facile patebunt, ut *Cass.* pro

Cassio Severo, Coel. pro *Coelio*, *Domit. Af.* pro *Domitio Afro.* Ubicunque aliquid cognitione dignum ab editoribus annotatum erat, singulis locis indicavi, hac lege, ut *N.* notas exegeticas, *N. cr.* notas criticas Spaldingii significet, *Sp.* nomen ipsum hujus viri docti, *S.* supplementa Zumptiana, *Z.* Zumptii editionem, G. sive Gernh. Gernhardi editionem, *H.* Herzogii versionem, *H. II.* ejusdem Latinam editionem Libri X., *Fr.* Frotscheri. *Gesn.*, *Burm.*, *Buttm.* unusquisque in literis non peregrinans facile agnoscet.

In examinanda et recensenda typographi diligentia, singulis plagulis Lipsia ad me missis, quum ego nulli labori peperci, tum promptos ac diligentes adjutores doctos amicos meos habui, inter quos Johanni a Gruber, collegae meo, literarum studiosis jam probato juveni, cujus consilio haud raro etiam in ceteris operae meae partibus liberaliter adjuvabar, praecipuam gratiam me debere fateor.

Scripsi Berolini mense Decembri
MDCCCXXXIII.

PROLEGOMENA
DE GRAMMATICA QUINTILIANEA.

Cap. I.
PARS ETYMOLOGICA.

I. *DE DECLINATIONE.*

1. PRIMA DECLINATIO.

Graeca hujus Declinationis nomina pleraque omnia Graeca utuntur flexione, quorum plurima, sicut in ceteris quoque Declinationibus, exempla Zumptiana demum editione, accuratiore optimorum Codicum collatione facta, Quintiliano restituta sunt; quibus in recensendis singulis exemplis, ut ubique, nisi justae causae me dissentire cogant, illius editionis auctoritatem sequar. Leguntur ergo: a) in Nominativo Casu ubique *dialectice*, *grammatice*, *musice*, *rhetorice*, quae singula demonstrabit Lexicon; nam unicus locus 2, 17, 10 *nec fabrica sit ars — nec musica* incertae est naturae, quum hic nihil nos impediat, quin *musica* adjective intelligatur. b) In Genitivo Casu: *Helenes* 3, 8, 9. *dia-*

lectices 2, 17, 14. 2, 21, 13. *grammatices* 1, 8, 12. 2, 1, 8. *musices* 1, 10, 15. 33. *rhetorices* Pr. 23. 2, 1, 9. et alibi v. Lex. Contra Latinas formas habes: 3, 4, 10. *dialecticae.* 6, 2, 22. *Andromachae.* 8, 4, 21. *Helenae.* c) Accusativus a Nominativo *a* deflexus, a Zumptio ex Ambrosiano I. receptus, raro aut potius nullo in prosa exemplo reperitur *allegorian* 5, 11, 21, nisi quod nuper Spengel (Praef. p. LXII) et Ottfr. Müller (Praef. p. XXXIX), viri docti, in Varronis de lingua Latina libris ediderunt *analogian.* Contra in Masculinis in *as* frequentissimum est *an*, ut *Demean* 7, 9, 10. 8, 2, 16. *Gorgian* 2, 15, 27. *Hermagoran* 3, 1, 18 (quo loco Z. in Suppl. de hac in Ambrosiano I. usitata forma disputat). 3, 6, 61. 3, 11, 18. *Lysian* 9, 4, 16. *Protagoran* 3, 4, 10. *Tisian* 2, 17, 7. *En* est usitata forma et in Femininis, ut *apostrophen* 4, 1, 69. *grammaticen* 2, 1, 6. *musicen* 1, 10, 9. 10. *rhetoricen* 2, 14, 1., cujus generis plura praebebit Lexicon, nam *musicam* 8, 3, 30. universae sententiae necessitas protulit: et in Masculinis: *Aeschinen* 2, 17, 12. 4, 1, 66. 5, 11, 27. *Alcibiaden* 8, 4, 23. *Aristophanen* 1, 1, 15. *Demosthenen* 5, 13, 42. 5, 14, 32. 6, 3, 21. *hypocriten* 11, 3, 7. *Palameden* 3, 1, 10. *Peliden* 8, 6, 30. *Plisthenen* (sic enim Amb. 1. Lassb.) 3, 7, 19. *Thucydiden* 9, 4, 16; adde: *Isocraten* 1, 4, 16 S. 3, 1, 14. 9, 4, 35., quibus locis haud scio an movearis, ut 12, 10, 49. quoque *Isocratem* corrigas. Porro *Polycraten* 2, 17, 4. *Socraten* (ex Amb. 1.) 2, 17, 4. 3, 1, 9., atque etiam Latinum *Ulixen* 1, 4, 16 S. 2, 13, 13. 4, 2, 13., quum tamen Genitivus efficiat *Ulixis* 11, 3, 158; itemque *Empedoclen* 1, 4, 4, quamvis prima

positio *cles* apud Nostrum in Accusativum *clea* transire soleat, ita ut h. l. forsitan praestet ab auctoritate Ambrosiani I. ad Turicensis a pr. m. et Lassbergiani *Empedoclea* discedere. d) Ablativus primae positionis *e* et *es* plerumque desinit in *e*, ut *grammatice* 1, 10, 1 *S.*, *musice* 1, 10, 23. 29. 1, 12, 8., nam *musica* tantum 11, 3, 41. reperitur, *rhetorice* 3, 5, 3 etc., porro *antisophiste* 11, 3, 126 *N. cr.*, *Thersite* 11, 1, 37.

2. SECUNDA DECLINATIO.

In hac quoque Declinatione Quintiliani aetate Graecarum in Graecis vocabulis formarum usus invaluit, ut non solum *Demoleos* 8, 4, 24. *Isthmos* 3, 8, 16. et similia, sed etiam *anapaestos*, *molosson* (ex Amb. 1. etiam 9, 4, 88 reponendum), *tropos*, *syllogismos* et *syllogismon*, *trimetros* et *trimetron* etc., quae Lexicon accuratius et plenius ostendet, legantur. Itaque Zumptius, sine libris scripsit *rhythmos* 9, 4, 109., atque ego hac quoque de causa magis adducor, ut molestum illum per se locum 9, 4, 75. *Trimetrum et promiscue dicere licet: sex enim pedes, tres percussiones habet*, propter Latinam terminationem insititium habeam. Rarum vero et insolens est in Adjectivo *Anacreontion colon* 9, 4, 78; non inusitatum in Plurali *ex tetrastichon carmine* 6, 3, 96 *N. cr.*, *in primo Georgicon* 8, 3, 78, et *Locroe* 10, 1, 70., quanquam adhuc hujus Nominativi exempla omnino perpauca allata sunt. Ablativus *in insula Co* 8, 6, 71. debetur Regio, qui bene, quod Spaldingius censet, orthographiae consuluisse mihi quidem h. l. non videtur, quum optimorum Codicum *Coo* non

temere respuerim, formam hujus nominis alioqui non inusitatam, ad cujus exempla ex Zumptiana editione Curtii 3, 1, 19 *Coum* accessit. De Abl. *Chao* 3, 7, 8. jam Schneiderus Lat. Formenl. p. 273 satis disputavit.

3. TERTIA DECLINATIO.

A Graecis formis, ut has cunctas uni conspectui subjiciamus, quum hic quoque incipiendum videatur, arbitror, Nostrum Nominativum Masculinorum ubique *o* et *n* literis, non *o*, finiisse, in qua opinione et ipsius verbis 1, 5, 60 *N. cr.*, et exemplorum copia confirmor, ut *Aglaophon* 12, 10, 3. *Agnon* 2, 17, 15. *Amphion* 3, 1, 10. *Ariston* 2, 15, 19. *Callon* 12, 10, 7. *Dion* 1, 10, 48. 3, 3, 8. *Euphorion* 11, 2, 14. *Myron* 12, 10, 7. *Palaemon* 1, 4, 20. *Philemon* 10, 1, 72. *Pyrrhon* 12, 2, 34. *Sophron* 1, 10, 17. *Theon* 3, 6, 48. Nec dubitarem *Zenon* ex plerisque Codicibus 2, 20, 7. 4, 2, 117. 12, 7, 9., assentiente Spaldingio, recipere, nisi duobus primis locis Amb. 1. *Zeno* exhiberet, atque omnino in notioribus Nominibus Quintilianus antiquitus usitatas formas, ut *Plato* ubique, atque *Milo* 1, 9, 5., praetulisse videretur. In Accusativo Sing. haec eadem Nomina partim in ona exeunt, ut *Ariona* ap. Coelium 6, 3, 4. *Aristogitona* 12, 10, 22., partim in *onem*, ut *Platonem* 11, 2, 9. et *Amphionem* 12, 10, 57., quam formam h. l. praeferendam esse Graecae Spaldingius recte admonet, quod res acta sit in foro Romano. Porro servata est Latina forma in *Chremetem* 8, 2, 10., et in iis, quae *Euphranorem* 12, 10, 12. et *Ari-*

stophontem 5, 12, 10. sequuntur; at Graeca in *Coraca* 2, 17, 7. *Cyclopa* 8, 3, 84. Masculinorum, quibus ultima est *eus* aut *cles*, fluctuat usus, quum et *Nirea* 3, 7, 19. *Phalerea* 2, 4, 41. 10, 1, 80. *Tydea* 3, 7, 12., et *Piraeeum* 8, 6, 64. dictum sit; pariterque *Periclea* 3, 1, 12. 12, 10, 24. *Stratoclea* 11, 3, 178., ac *Periclem* 12, 2, 22. 12, 10, 49; Accusativum *Empedoclen* v. supra 1. — Nomina in *is*, quorum Genitivo *os* purum est, Accusativum mutato *s* in *n* tam constanter secundum optimos testes nostros servant, ut etiam, ubi Zumptius intactum reliquerit *im*, recipiendum *in* videatur, ut 10, 5, 5. *paraphrasin*, consentientibus libris secundi ordinis, pro *paraphrasim*; permagnus enim est numerus alterius generis, ut *aposiopesin* 9, 3, 61. *metalepsin* 6, 3, 52. *thesin* 3, 5, 11. *Panyasin* 10, 1, 54. et similia permulta, quae facili negotio, cujus intererit, conquiret ex Lexico. Adde *tribrachyn*, atque e contrario *Busiridem* (Sp. *Busirim*) 2, 17, 4. — Pluraliter Nomina, quae in Accusativo Sing. in *a* exeunt, eundem Casum in *as* flectere solent, ut *Amphictyonas* 5, 10, 111. 118. *Callonas* 12, 10, 10. *Meropas* 8, 6, 71. *rhetoras* 11, 3, 58. *spadicas* 1, 10, 31., atque barbarum *Allobrogas* 11, 1, 89. *Thesis* bis apud Zumptium in Accusativo *thesis* facit 3, 5, 11 et 14; quid igitur dubitamus, idem 2, 1, 9. ex Turic. et Lassberg. cum Meyero reponere? Mirificus denique Ablativus quidam Graeci Nominis est *in metamorphosesi* 4, 1, 17., nisi forte verior scriptura fuit Singularis *metamorphosi*, quod ipsum Ambrosianum I. praebere, ex silentio Obrechti conjicitur. v. Suppl.

Latinorum Nominum formae brevius comprehendi possunt, quum vulgarem in his aureae aetatis rationem Quintilianus sequatur, quare illas tantum afferam, in quibus vel optimorum scriptorum usus fluctuat, ut in Ablativo Singularis et Genitivo Pluralis. Scripsit enim Qu., quomodo nunc ratio ejus scripturae constituta est, in Ablativis Participiorum Praesentis praeter Ablativos absolutos ubique *i*, cujus rei singula exempla affatim ex Lexico petere licet, quamobrem offendunt pauca illa in *e* desinentia: *jacente* 1, 3, 2. *praesente* 1, 5, 23. *sequente* 9, 4, 86., assentientibusque nonnullis Codicibus ad emendationem invitant; neque magis mihi probatur *simplice* 1, 9, 4., aut contra *pleniori* Pr. 3, quum alias apud Nostrum ubique Ablativi Comparativorum litera *e* finiantur. — Genitivum Pluralem *parentis* Zumptius bis *parentium* 2, 4, 16. 6, 1, 18. ex Amb. 1. scripsit, cui scripturae aegre assentior, quum multo frequentius apud Qu. sit *parentum*, quam formam Spaldingius etiam illis duobus locis servavit. At *sapientium* ubique apud Nostrum scribendum censeo, nec solum cum Zumptio 1, 10, 15. 2, 17, 28. 3, 8, 2. 9, 2, 46., sed etiam 5, 11, 39. *praecepta sapientium* ex Florentino, atque magis etiam 12, 10, 52. *judicum sapientium* ex Turic. Flor. Guelf. Camp. *Civitatium*, quod semel tantum Zumptius retinuit 2, 16, 4., hic quoque melius *i* abjiciet. Cf. Spald. Praef. I. p. LXXXIV. At *artificium manus* optimos Codices secutus Zumptius 7, Pr. 1. suo jure scripsit. Cf. Schneider Lat. Formenl. p. 269.

II. *DE CONJUGATIONE.*

1. In Perfecti Activi tertia persona plurali Quintilianus, ut fere elegantissimi scriptores, finem *erunt* breviori sed deterioris numeri *ere* praefert; reperitur hic enim prae innumeris alterius generis exemplis perraro, ut: *fuere* 1, 10, 15. 12, 10, 10. *incessere* 12, 10, 12. *proposuere* 1, 8, 12. *scripsere* 10, 1, 73. *successere* 3, 1, 13., quibus adjicias *speravere* 7, 2, 30., nisi forte Gesneri conjecturam *speraverint* mavis; *permisere* autem 10, 1, 66. ex optimis Codicibus in *permiserunt* mutandum est. Hanc in *re* mollitam formam etiam in secunda persona Passivi ut obsoletam Qu. respuit, nam unicum illud *utare* 2, 1, 12., etsi Ambrosiani I. sed solius auctoritate nisum, nihil valebit. Ipsum de hac forma disputantem vide 1, 5, 42. Ceterum ut evitat in Praeteritis hanc decurtatam formam, ita amat contractam, praecipue in prima Conjugatione ut *depravarunt* 9, 3, 100. *elaborarunt* 12, 11, 22. *negarunt* 7, 4, 17. *vindicarunt* 2, 7, 2., porro *fastidierunt* 5, 11, 39., quamvis in his frequentior etiam sit plenior forma: *vindicaverunt* 1, 5, 13. *putaverunt* Pr. 10. 9, 1, 15. 9, 2, 93. 11, 3, 71. 12, 5, 1. et alia permulta. At in Conjunctivo illam contractam formam maxime amplexus est, quum diceret *mutarit* 5, 4, 2. *salutarit* 1, 6, 21. *segregarit* 1, 2, 20. *temptarint* 2, 14, 1. *tractarit* 12, 2, 3. etc. v. Lex., cui numero ex optimis Codd. 5, 7, 11. *perseverarint* adjiciendum est; praeterea *scierim* 12, 11, 8. *scierit* 4, 5, 1. 5, 13, 52. 7, 10, 6. 8, 6, 16. 9, 2, 4. 10, 1, 2. *scierimus* 5, 10, 22. 10,

7, 5. Quid de formis cum *s* gemina senserit Qu., ipse pluribus locis docet, ait enim 9, 4, 59: *ubi aliud ratio aliud consuetudo poscet, utrum volet, sumat compositio, Vitavisse vel vitasse;* atque 1, 6, 17. hominibus molestissima diligentiae perversitate laborantibus permittit *audivisse* et *scivisse*, pauloque inferius §. 21 *conservavisse* sua aetate minus usitatum fuisse ostendit, quum ipse potius dixerit: *sperasse* 7, 2, 42. *quaesissimus* 1, 4, 9. *sepelisset* 8, 5, 16. *scisset* 1, 10, 48. *scisse* 7, 4, 14. 12, 11, 24., quin etiam *cubasse* 8, 2, 20., quam tamen vocem fortasse non de suo attulit.

2. In usu Futurorum Passivi, quae auxilio verbi *esse* formantur, fluctuat usus Quintiliani, qualia sunt: *composita erunt* 11, 2, 39. *erit consecutus* 10, 7, 1. *confessus erit* 5, 7, 17. *desideratum erit* 10, 1, 5. *dicta erunt* 2, 13, 17. *gesta erunt* 3, 7, 15. *erunt multa mutata, plurima adjecta* Pr. 8. *erunt versati* 2, 7, 3; et *adjecti fuerint* 5, 12, 1. *fuero executus* 3, 6, 1. *destituti fuerimus* 4, 2, 56. *praeparata fuerit* 8, Pr. 30. Ex Temporibus Conjugationis, quae vocatur periphrastica, haec afferenda mihi exempla visa sunt: a) ex Activo: *proposituri* (Sp. *dicturi*) *erimus* 4, 3, 10 Z.; *accusaturus sit* 7, 2, 2. *sit acturus* 11, 3, 150. *allaturus sit* 10, 1, 40. *qui sit futurus consummatus* 1, 10, 5. *dicturi essemus* 6, 2, 34. *quae facturus fuerit* 9, 2, 41. *ut non clarior futura fuerit* 8, 3, 63.; *effecturos fuisse* 2, 16, 9. *futurum fuisse* 2, 17, 13. b) Ex Passivo: *proposita fuerint* 12, 1, 11. *opinati fuerint* 12, 9, 16; deinde 9, 4, 11. *cum bellicum est canendum, et cum posito*

genu supplicandum est 4, 2, 26. *quotiens non repellendum tantum erit crimen, sed etiam transferendum erit*, quos quidem Participii Futuri locos tantum propter repetitum Verbum substantivum commemoravimus.

Formas Participiorum pugnantes cum iis, quae vulgo traduntur, animadverte: *protenso* 11, 3, 119. et *in dolore ferundo* 7, 3, 34., inusitata haec apud Quintilianum itaque vel sine Codicibus, omnibus fortasse h. l. negligentius collatis, emendanda. Participia denique Deponentium Passivo sensu inveniuntur haec: *demensus* 5, 10, 124. *dimensus* 9, 4, 27. *imitatus* 11, 3, 61. *confessis verbis* 1, 5, 58.

III. *DE FORMIS ET USU QUARUNDAM ORATIONIS PARTIUM.*

1. DE ADJECTIVO.

a) De Positivo. Si ducuntur Adjectiva a Nominibus propriis ad opera publica ex auctoribus eorum significanda, usitatum non est, flectere Nomen illud in derivatam aliquam Adjectivi formam, sed ex Nomine ipso immutato efficere Adjectivum, sicut 12, 5, 6. *basilica Julia*, ac saepe *lex Julia, Claudia* etc. dici solet. Hac ratione Spaldingius recte analogiam ceterorum secutus 6, 3, 67. *fornicem Fabium* ex Codicibus pro scriptura editionum *Fabii* recepit (*cf.* N. cr.). Rarum in prosa Adjectivum habes 5, 10, 104. *in illo adultero sacerdote;* contra aliud Adjectivum connexu sententiae vim Substan-

tivi accipit ut: 5, 10, 49. *quorum contraria in diversum valent;* cui adde Participia: 5, 10, 75. *est consequens sapientiae bonitas* 12, 10, 1. *differunt — ut Asianus eloquens Attico;* atque etiam 6, 3, 105. in Domitii Marsi finitione rhetorices: *cujus multa bene dicta responsaque erunt,* quo loco natura participialis adjecto Adverbio conspicua est. — Duo Adjectiva ad unum Substantivum relata evitare solent Latini scriptores, aut certe ea dirimere, et plerumque quidem, id quod satis constat, ipso Substantivo, rarius aliis vocabulis, ut 10, 7, 2. *innumerabiles accidunt subitae necessitates* 1, 5, 58. *confessis quoque Graecis utimur verbis.*

b) Comparativos plures jungit Quintilianus 3, 8, 60. *id quoque aequalius erit, non tumultuosius atque turbidius,* eadem ratione, qua alias duo Comparativi interposito *quam* jungi solent, cujus particulae locum obtinere hic negatio existimetur.

c) Superlativus Adjectivorum, quae aut natura sua illum non patiuntur, ut *insignis* 2, 4, 42. *quorum insignis maxime fuit Plotius,* aut molestissimum sonum efficerent, ut in *alis* et *aris*, *ilis* et *bilis*, *ulus* et *unus*, et qui praeterea vel pueris noti sunt fines, desinentia, circumitur frequenter Adverbiis *magis* aut *maxime*, quae vocabula ipsa inspicias velim in Lexico, ubi allata exempla ea, quae de eadem re in Rudimanni institutionibus Grammaticae Lat. Lib. I. Cap. IV. praeclare disputata sunt, confirmabunt. Eandem Participia rationem se-

quuntur, quae ibidem quaeras praeter pauca illa: *agitatior* 11, 3, 184. *astrictior* 8, 6, 61. *attentior* 4, 5, 1 et 21. *cui — meritissimo* 9, 2, 35. *quam emendatissimi* Ep. ad Tryph. 3. Hoc solum subtilius quaerentes admonuerim, duobus junctis Adjectivis vel Participiis, suam utrumque in Comparativis sequi naturam, sed Comparativum antecedere, ut dicatur: *multo tersior ac purus magis* 10, 1, 94. *sanctiorem et magis admirabilem* 8, 3, 24. *planiora et communia magis* 8, 2, 24. *ut non dixerim utilior, magis par* 10, 1, 77. *apertiorem et magis affectatam* 9, 3, 54. *plenior et magis fusus* 10, 1, 77; at vero in Superlativis alterum alterius natura trahi, ut: *maxime facili ac favorabili* 12, 6, 6. *tersus atque elegans maxime* 10, 1, 93.

d) Adjicitur Comparativo etiam Neutrum Adverbii loco, ut 8, 3, 35. *paululum — superiores*, ac saepius in Paulus et Paululus. v. Lex.; idemque, quod propter similitudinem rei hoc loco admonuerim, apponitur Verbis comparativam vim habentibus, ut 1, 10, 14. *quorum concentus quanto est vehementior, tantum Romana in bellis gloria ceteris praestat.* 12, 10, 78. *quantum processeris, mollior clivus ac laetius solum.* Cf. Drakenb. ad Liv. 44, 7, 6. *quantum procederet longius a Thessalia, eo majorem rerum omnium inopiam sentiens.* Superlativus augetur apud Nostrum vulgaribus illis additamentis *Quam*, *quantum potest* etc. quae sub Quam et Possum singula inveniri poterunt, sed minus usitata haec sunt: Pr. 8. *compositiora et quam nos poterimus elaborata.* 12, 9, 16. *quam*

res patietur plurima. v. Patior; atque illa per *quamlibet* quasi circuitio Superlativi apud Quintilianum frequens, ut *quamlibet pulchra locutio* 2, 4, 32., et multa similia v. Quamlibet.

e) De Numeralium usu nihil aliud quam errorem Spaldingii refellerim, ne forte latius ille propter auctoritatem doctissimi viri serpat, contendentis in Nota crit. ad 11, 2, 22. *quomodo Metrodorus in XII signis, per quae Sol meat, trecenos et sexagenos invenerit locos* „satis frequens, distributiva ponere pro cardinalibus," conferrique jubentis Drakenborchium ad Livium 4, 16, 6., et manifestum imprimis Livii locum censentis 9, 30, 3. *ut tribuni militum seni deni in quatuor legiones a populo crearentur.* Verum in nullo locorum a Drakenborchio citatorum distributivum pro cardinali ponitur, sed sua cuique loco ratio subest, pariter ac nostro loco, quo, ut solet, distributiva dicuntur, quia de trecentis sexaginta paribus agitur locis, unde *bini, trini ludi* et similia saepissime leguntur. (Cf. Ramshorn. Lat. Gramm. §. 156. Not. 3, c.).

2. DE PRONOMINE.

Usum et rationem Pronominum satis copiose quum Lexicon docturum esse mihi videatur, hic pauca tantum commemorabo, quae vulgo aut aliter tradita aut omissa sunt; nimirum *unumquodque* etiam substantive adhiberi 5, 10, 123: *unumquodque eorum, quod sit aptum atque conveniens.* Cf. Cic. Rosc. Am. 30. *leviter unumquodque tangam;* deinde eodem sensu, quo *unusquisque*, dici *unus qui-*

libet 1, 12, 7. *una res quaelibet*, atque flecti quoque ultimum hoc Verbum 1, 5, 10. *verbo cuilibebit;* porro Neutrum Adjectivorum semper apud Quintilianum *aliquid* non *aliquod* asciscere, ideoque 1, 15, 3. *aliquid proprium* etc., neque ex Ambrosiano I. *aliquod*, legendum esse (v. Aliquis); denique augeri numerum locorum, ubi *quisquis* in *Ablativo* adjectivam vim habet, non tamen, nisi in elocutione *quoquo modo*, apud ipsum Ciceronem satis frequenti. De singulis ad Lexicon rejicimus, at non alienum erit ab hoc loco, de conjectura Spaldingii a Zumptio recepta disserere, qua usus Pronominis *quisquis* plane pervertitur: 7, 2, 35. *accusatoris est efficere, ad quidquid faciendum causae valere videantur*, ubi viri illi docti, dum *ut* post *efficere* desiderant, Relativum *quidquid* faciunt Pronomen indefinitum, id quod, nisi ratione modo memorata, nullo pacto ferri potest, quum Latinae literae nusquam simile exemplum exhibeant, omnesque ejus generis a Forcellino allati loci aut mutati jam sint in editionibus (cf. Zumpt. ad Cic. Verr. IV, 13.), aut incertae sint auctoritatis; ceteri autem, qui de hac eadem re disputant, novos locos laudent nullos. Est igitur illa sententia relativa, per *ad quidquid* introducta, Objectum Verbi *efficere*, hic i. q. *dicendo expromere* significantis, de qua ejus vi cf. Lex. et Cic. Or. I, 26, 120.

3. DE ADVERBIO.

Quae huc pertinent ipsa melius docebit Lexicon, ut *tam* 1, 7, 29. et *tanto* 2, 4, 28. augere vim senten-

tiae, etiam non sequente *ut; valde* Comparativum formare *validius* 10, 3, 12 *N.*, utique scribendum esse *proinde* non *perinde*, et alia. Hujus vero loci erit notare singularem Adverbii ad Substantivum adjectionem: 8, 6, 11. *audaci et proxime periculum translatione;* atque illum Adverbiorum cumulum: 8, 6, 18. *Quod aliquanto paene etiam magis de synecdoche dicam*, quo et ego cum Burmanno offendor, tamen nihil mutandum esse Spaldingio assentior. Duo Adverbia eodem pertinentia optime dirimuntur Verbo, ut 11, 2, 50. *optime locutum esse Persice.*

4. DE PRAEPOSITIONIBUS.

Caveri solet ab elegantioribus scriptoribus quam maxime, ne Nomina sola Praepositione copulentur, nisi si pro Genitivo objectivo ponuntur, aut in inscriptionibus librorum disputationumve; itaque quae deprehenduntur pauca exempla illius brevioris dicendi generis, componenda mihi visa sunt. Ita: 9, 1, 11. *aliqua a vulgari* et *simplici specie cum ratione mutatio*, secundum quem locum revocanda est vetus scriptura Codicum optimorum: 9, 1, 4. *figura est conformatio quaedam a communi et primum se offerente ratione*, ut supersedere possimus, ex vulgari recensione *orationis remota*, verba incertae originis, post *quaedam* inserere. De significatione *conformationis* cf. Cic. Or. I, 5. Adde 8, 5, 6 *translatio a communi ad proprium.* 10, 5, 4 *illa ex Latinis conversio.* 7, 2, 35 *ex causis probatio.* 5, 12, 13 *illae firmiores ex sua cujusque persona proba-*

tiones. 1, 10, 14 *Romana in bellis gloria.* 9, 4, 5 *transitum in aliud genus rhythmi.* 7, Pr. 4. *certa aliqua via in omnes materias.* His adjici poterit 3, 6, 53. *nomen ab Hermagora usitatum*, nisi tamen contendere malis, *usitatum* h. l. vim suam Verbi frequentativi resumpsisse.

Quando Praepositio ad plura verba pertinet, solet aut repeti, sive eadem, sive similis, ut 7, 10, 11. *ubi ab initiis incipiendum, ubi — e mediis vel ultimis;* aut semel poni, prout cuique expedit loco, de qua re legem proponere artis rhetoricae est, non grammaticae, erit vero illud infiniti operis, quum suam quisque locus legem postulet, si quis tamen hanc quaeret, certe exemplorum affatim reperiet in Lexico; praemittam igitur in hisce Prolegomenis tantum, quae omissae Praepositionis mihi maxime memorabilia videbantur exempla, ut 11, 1, 77. *neque emendari ab alio quam ipso fas esse.* ib. 45 *non idem apud graves viros, quod leviores; non idem apud eruditum, quod militarem ac rusticum* deceat. 5, 1, 3. *non modo in exequendo suas quisque vires debet adhibere, sed etiam inveniendo.* 10, 7, 26. *Rursus in alia plus prior confert, vocis firmitatem, oris facilitatem, motum corporis.* 10, 2, 16. *fiuntque pro grandibus tumidi, pressis exiles, fortibus temerarii, laetis corrupti, compositis exultantes, simplicibus negligentes.* 11, 3, 170. *epilogus — desiderat — si ad concitandos judices est accommodatus, aliquid ex iis, quae supra dixi; si placandos, inclinatam quandam lenitatem; si misericordia commovendos,*

flexum vocis etc. ib. 150. *Neque eadem in voce, gestu, incessu, apud principem, senatum, populum, magistratus, privato publico judicio, postulatione, actione similiter decent.* — In Graecis verbis pro Ablativo poni solet Dativus post Praepositiones Latinas, ut 1, 4, 18. *ex συνδεσμῷ.* 9, 2, 55. *sine ἀποσιωπήσει,* cetera v. Lex. Denique exiguum numerum exemplorum, in quibus Praepositio a suo Casu alio quam Genitivo dirimitur, augebit 11, 3, 133. *adversus hoc facientem.*

5. DE CONJUNCTIONIBUS.

Hic tantum quaedam in universum tractanda erunt, quae de usu Conjunctionum copulativarum observanda censui. Quando enim aut bina talibus Conjunctionibus juncta vocabula et ipsa Convinctione ejusmodi jungenda sunt, aut verbis talibus particulis conjunctis alia subjunguntur, variari solent illae particulae ita, ut, quae singulas voces jungant, similes sint, quale: *Demosthenis atque Aeschinis inter se contrarias (actiones): et Servii Sulpicii atque Messalae* 10, 1, 22. Praeterea, quanquam de his rebus certa et omnibus locis communis lex constitui nulla potest, vitari mihi visum est *et* ante literas dentales, propter asperiorem sine dubio sonum, nisi forte *ac*, ejus loco positum, ipsum, antecedenti vocabulo in *a* desinente, offenderet, ut 2, 2, 10. *indecora et theatralis vox* diceretur, at Pr. 16 *proprietas ac differentia.* Verum haec subtilia sunt ac minuta, volui tamen quasi praetereundo attingere.

Tribus vel pluribus vocabulis junctis elegantissimorum scriptorum legem de Conjunctionibus apud Quintilianum quoque servari, cuique patebit, quumque abundet exemplis hoc affirmantibus Lexicon, adjiciam modo, quae ibi forte praetermissa sunt. Nimirum tertio loco *ac* positum: 12, 10, 12. *in compositione*, *fractum*, *exultantem ac paene viro molliorem*, (cf. 12, 2, 5.), sicut quarto loco apud Ciceronem in Verr. IV, 10 *vacui*, *expertes*, *soluti ac liberi fuerunt*, nisi tamen contendis, hic *soluti ac liberi* simul comprehensa ambo tertium quoddam efficere membrum. Deinde *et* bis tantum inter quattuor membra positum: 8, 3, 8. *lilia et violas et anemonas*, *fontes surgentes*, qua de causa prope moveor, ut cum Spaldingio in Florentini lectione marginali *anemonas fonte surgentes* acquiescere malim (v. Not. cr.). Hujus vero loci est commemorare, omitti quoque Conjunctiones et copulativas et adversativas; prioris generis exempla sub voce Et I, extr. quaere in Lexico, quibus adde 11, 3, 150. *privato*, *publico judicio*, et Climacem quandam in duobus vocabulis: 8, 4, 7. *et quod non est plus*, *maximum*, *sed quo nihil majus est;* posterioris generis sint ex. c. haec: 8, Pr. 13. *a se disertos visos esse multos*, *eloquentem* (Sp. inser. *autem*) *neminem* 6, 1, 53. *In aliis autem partibus tractandus affectus erit*, *ut quisque nascetur; — cum de qualitate alicujus rei quaestio est*, *probationibus uniuscujusque rei recte subjungitur* (v. Suppl.).

Cap. II.
PARS SYNTACTICA.

I. *DE SUBJECTO ET PRAEDICATO.*

Desideratur interdum in sententia certum aliquod Subjectum, quod partim ex universo, vel ut Spaldingius ait *ἀπὸ κοινοῦ* intelligendum est, partim ex proximis petendum. Frequentissime omittitur, ubi persona aliqua generalis, ut ita dicam, intelligitur, veluti *aliquis*, *quidam* (cf. Kühner ad Cic. Tusc. I, 39, 93. *Nondum gustaverat*, *inquit*, sc. quispiam, *vitae suavitatem*), vel, quae est in institutione oratoria generalis persona, *orator.* Cujus generis plurima exempla quum in Lexico sub Aliquis I, *η*. et Quidam I, *α*, a. reposuerim, quibus, quanquam paulo diversum, adjiciendum etiam videtur 11, 3, 119. *Solet esse et pigra, et trepida, et secanti similis: etiam uncis digitis, ut* (hanc enim vocem inserendam existimo) *aut capite dejiciatur, aut eadem manu supinata in superiora jactetur* (sc. *aliquid*), nisi forte gravioribus etiam malis hic totus locus laboret (v. Not. cr. et Suppl.); hoc igitur loco ea tantum, ubi aut *orator*, aut aliud certius Subjectum audiendum erit, tractaturus sum, qualia sunt: 2, 5, 8. *quanta deinceps in dividendo prudentia, quam subtilis et crebra argumentatio — quibus viribus inspiret, qua jucunditate permulceat.* 5, 14, 32. *Non inspiret? non augeat? non mille figuris variet ac verset?* Utroque loco Spaldingius subaudit *orator* (v. Not.), sed nescio an in secundo loco

eloquentia ex §. 30. huc quoque trahi possit, videlicet: *Locuples et speciosa vult esse eloquentia.— Feratur ergo non semitis sed campis:— Non inspiret?* etc.— Longius etiam repetendum est Subjectum ad 1, 5, 1 *emendate loquendi regulam, quae grammatices prior pars est, examinet;* namque ad *examinet* neminem referes, nisi *praeceptorem illum acrem et subtilem* ex 1, 4, 25, quem eundem paulo post intellexeras §. 26. ad *quaerat etiam, sitne apud Graecos* etc., id quod bene Spaldingius in Nota admonet. (Cf. de Nomine itidem longe petendo 7, 1, 10, ubi ad *primo — summo — medio* ex §. 9. revocandum est *loco).* Item ex universo connexu Subjectum intelligendum est 4, 1, 22 *antequam pronuntiet* (sc. *judex), reum facere (eundem).*

Ex proximis paulisper mutata forma Subjectum petendum mihi videtur: 11, 3, 84. *Brachii moderata projectio — continuos et decurrentes locos maxime decet. At cum speciosius quid — dicendum est — expatiatur* (sc. *brachium) in latus, et ipsa quodammodo se cum gestu fundit oratio* (cf. Not.) Porro: 12, 9, 8 *modo sit materia ingenii, mereaturque* (sc. *ingenium) clamorem, dum dicitur.* 6, 3, 18. 19 *et Catullus cum dicit, Nulla est in corpore mica salis, non hoc dicit, nihil in corpore ejus esse ridiculum. Salsum igitur erit, quod non erit insulsum — et a taedio defendit orationem. Sane tamen, ut ille* (sc. *sal) in cibis paulo liberalius aspersus* etc. Atque audacius etiam 7, 4, 35 *Tutelae praeterea (controversiae): in quo judicio solet quaeri, an alia de re, quam de calculis cognosci oporteat: an fidem praestare debeat*

tantum, non etiam consilium et eventum, qua scriptura Codicum a Zumptio restituta ex *tutelae* ad *debeat* arcessendum erit *tutor*.

In conjungendo Subjecto cum Praedicato Quintiliano, sanctissimo alioqui castissimi sermonis custodi, tamen exciderunt pauca, quae tollere velles. Neque enim solum Genus Participii ad Praedicatum, non ad Subjectum refert, id quod elegantissimi scriptores, praesertim verborum collocatione adstipulante, facere solent, ut 5, 9, 13 *popularitas signum affectati regni est existimatum;* sed, duobus Nominibus diversi Generis Subjecti loco positis, etiam Praedicati Genus per hyperbaton ad prius accommodavit: 8, 3, 15 *quoniam orationis tam ornatus quam perspicuitas aut in singulis verbis est aut in pluribus positus.*

Deinde Graecismum quendam, quod vitium alioqui Quintilianus unus omnium suae aetatis maxime fugit, produnt loci, ubi Neutrum Singularis Adjectivi sive Participii ad alia Genera relatum est, ut 7, 3, 3 *homo mortale est.* 11, 1, 76 *tutissimum ergo poenitentiae confessio et satisfactio culpae.* Non ita inusitatum est: 12, 11, 7 *quid apud posteros futurus sit.* Sed de hac re, ac de genere Pronominis demonstrativi et relativi vide Lex., imprimis Qui ε. Quis α, e; neque tamen hoc loco possum non animadvertere, vi Praedicati attrahi etiam Genus Demonstrativi Relativum antecedentis: 1, 5, 33 *remotis igitur omnibus — vitiis — erit illa, quae vocatur ὀρθοέπεια, id est, emendata cum suavitate vocum explanatio.*

Neutrum Plurale ad plura diversi Generis Substantiva referre Latinae rationi grammaticae convenit, ut 3, 8, 38 *intuenda sexus, dignitas, aetas;* atque in Pronomine relat. 6, 2, 3 *concitare invidiam, odium, iram —: quorum invidiam gratia* etc. *judici facit;* minus convenit, si pluribus Nominibus idem Genus est, ut 6, 2, 11 *quidam commendationem atque excusationem propria hujus officii putaverunt.* 7, 4, 31 *ira et concitatio furori sunt similia.* v. Not.

Ad plura inanima Singularis Numeri refertur aut Singularis Verbi, ut 3, 4, 16 *et in laude, justitia utilitasque tractatur.* 3, 9, 67 *brevitas aut copia non materiae genere sed modo constat* (utrobique Spaldingii editio praebet Pluralem); aut Pluralis: 5, 11, 44 *testis et quaestio de ipsa re pronuntiant.* 10, 2, 23 *si tenuitas ac jucunditas — parum respondeant.* Mixtis Singularibus et Pluralibus Nominum Singularis Verbi ad universa illa Nomina, dummodo ipse proximus alicui Singulari, ponitur, qualia sunt: 8, 6, 71 *ut illa minora, hoc par esset,* 12, 11, 13 *ut aqua piscibus, sicca terrenis, circumfusus nobis spiritus volucribus convenit.* ib. 18 *trahat inde peregrinatio, rura, calculorum anxiae solicitudines, multae causae libidinum, et vinum, et flagitiosus omni genere voluptatum animus.*

Quid? quod ad plures animantes quoque Singularis Verbi pertinet, neque solum 12, 10, 7 *duriora Callon atque Hegesias, jam minus rigida Calamis, molliora adhuc supra dictis Myron fecit;* sed etiam ubi unum Nominum Pluralis Numeri est, quale

8, 6, 27 *Nam et carminum a u c t o r e s, Pallida mors* etc.; *et o r a t o r, praecipitem iram* etc. *d i c e t*, Turicensi quidem a sec. manu, cum Guelferbytano et Obrechto, ac fortasse Ambrosiano I, qui tacetur, *dicunt* dantibus, quanquam secunda illa manus Turicensis nimis saepe nihil est nisi hominis pro arbitratu suo corrigentis manus.

II. *DE CASIBUS.*

1. DE NOMINATIVO.

Per Attractionem Nominativus ponitur ad *memini:* 8, 3, 31 *m e m i n i j u v e n i s admodum inter Pomponium ac Secundum etiam praefationibus esse tractatum*, quem usum Spaldingius in Nota copiose explanat; ac rejicit sane Verbum recordandi mentem hominis ita in praeteritum tempus, ut hoc ipsum jam praesens adesse, et qualis olim fuerit homo, tunc esse ipse sibi videatur. Item in Attractionis numero posuerim illum Nominativum: 12, 10, 29 *quae (litera) etiam, cum vocalem p r o x i m a accipit, quassa quodammodo*, quum *proximam* dicere planius ac facilius fuisset.

Praeterea in praecipiendo solet Noster, quum enumerat, absolutis quibusdam Nominativis uti, id quod Spaldingius docet ad 2, 13, 1 *Nemo autem a me exigat id praeceptorum genus — ut quasi q u a s d a m l e g e s studiosis dicendi feram: utique p r o o e m i u m —; p r o x i m a huic n a r r a t i o; — p r o p o s i t i o post hanc, vel e x c u r s i o; tum c e r t u s o r d o quaestionum ceteraque;* cum quo loco conferri idem

jubet 2, 2, 5 *Minime iracundus—: simplex in docendo; patiens laboris; assiduus potius quam immodicus.* His locis similis est 10, 1, 49. *Iam similitudines, amplificationes* etc. *ita multa*[1], *ut* etc., de quo loco mox in Genitivo uberius agendum erit.

2. DE GENITIVO.

Duos Genitivos alterum ex altero pendentes habes 6, 1, 9 *indignitate calumniae conspirationis;* duos ex eodem Nomine 6, 3, 108 *honorifici ponit exemplum Ciceronis pro Ligario;* deinde Genitivum apud Adjectivum quasi relativum: 8, 3, 51 *securus tam parvae observationis;* cum Praepositione: 12, 2, 17 *aurium* tenus (ad similitudinem illius: 2, 1, 6 *eousque scientiae progredi),* in quibus duobus ultimis exemplis morem argenteae aetatis et similitudinem poetici dicendi generis agnosces.

Genitivi partitivi insolentiora exempla sunt: 10, 1, 105 *cum praesertim non sit id propositi.* 8, 6, 39 *nihil enim usus admodum video.* 7, 1, 50 *jam multum acti est;* Genitivi qualitatis: 2, 1, 2 *declamare* etc. *officii sui ducunt.* 10, 6, 1 *cogitatio, quae est — usus frequentissimi;* ac paulo durius: 10, 1, 65 *antiqua comoedia cum sinceram illam sermonis Attici gratiam prope sola retinet, tum facundissimae libertatis, etsi est insectandis vitiis praecipua, plurimum tamen virium etiam in ceteris partibus habet.* Omnes quidem post Spaldingium

editores, auctore Wolffio, h. l. *libertatis est, et* receperunt, cujus emendationis necessitatem non intelligo: etenim, quamvis asper sit cursus constructionis hujus: *antiqua comoedia cum — retinet, tum, facundissimae libertatis — plurimum tamen virium etiam in ceteris partibus habet*, tamen Latinitati, praesertim argenteae, non adeo repugnat, ut emendationem quamlibet facilem postulet; et nescio quomodo illud *etsi* sequente *tamen* commendatur.

Majorem fortasse pugnam mihi concitabo, quum Genitivi qualitatis ratione defendere conabor vulgatam ante Zumptium scripturam: 10, 1, 49 *Iam similitudines — signa rerum et argumenta ceteraque, quae probandi ac refutandi sunt, ita multa*, quem locum Zumptius, reprehensa nimia in omnibus rebus Codicum reverentia et religione quadam, sic mutans: *ceteraque probandi ac refutandi sunt ita multa* adjicit „argumenta puta." At vero utrum minus ferri poterit, ex antecedentibus *argumenta* repetere, et discrimen statuere inter *argumenta illa per se* et *cetera argumenta probandi ac refutandi*, an Genitivum Gerundii ad tritissimum illum usum Genitivi Participii Futuri Passivi cum Substantivis conjuncti referres, cujus generis plurima exempla Ruddimanus (ed. Stallbaum.) II, p. 115 et 116 praebet? Sive enim *causa* sive *instrumenta* ad illum explanandum subaudies, effici mihi videtur talis Genitivus vi qualitatis significandae huic Casui insita, quae vis paulo audacius adhibita nostram quoque constructionem permittet, Herzogio recte

interpretante „*was sonst zur Beglaubigung und zum Widerlegen dient.*" Locum plane comparem quidem afferre neque mihi neque cuiquam licuit eorum, qui permulti de hoc Genitivi genere disseruerunt, praeter unum certe consimilem, a Kiesslingio ad Tac. Ann. I, 4. laudatum, ex Terent. Ad. II, 4, 6. *Ne id assentandi magis, quam quo habeam gratum, facere existumes;* nam et hoc et nostro loco, sive amabis ellipses, *causa* intelliges, seu singulis locis Casus ex sua natura explicare, vim qualitatis significandae in Genitivo agnosces.

Aliud genus Genitivi, a cetero complexu verborum absoluti et ex intellecto quodam vocabulo, sive *ἀπὸ κοινοῦ*, pendentis invenitur 3, 10, 4. *Adjecerunt quidam numero mutuam accusationem —: aliis videlicet succedere hanc quoque comparativo generi existimantibus: cui similis erit petitionum invicem diversarum: quod accidit vel frequentissime.* „Genitivi ratio redditur, monet Spaldingius ad hunc locum, si intelligis *causa*, quod obversabatur animo, cum *mutuam accusationem* dixisset." — Eadem Genitivi ratio est in expositione statuum 3, 6, 88. *Sic nascuntur haec velut simulacra ex illis tribus — ut scripti et voluntatis —; et syllogismos* etc., quum ad Genitivum supplendum sit *status.* In altero, qui a Spaldingio ipso laudatur, loco ib. §. 46. totius periodi constructio Genitivos *legum contrariarum —; et scripti et sententiae vel voluntatis* ad antecedentia §. 45. *eosdem status* rejicit.

Hisce Genitivis adjiciam alios quosdam, quos Appositi vel Praedicati nominaverim, quum Appo-

sitio aut Praedicatum in Genitivo ponatur, ut 3, 5, 1 *quartam partem adjiciunt quidam imitationis.* 9, 1, 17 *duas partes esse ejus (orationis) διανοίας* et *λέξεως.* Priorem locum Cassiodorus, in Compendium Rhetoricorum p. 332, id quod me H. Meyerus docuit, ita transtulit, ut *imitationem*, sublata illa subtiliore constructione, scriberet. Similis est Genitivus 7, 2, 40. *Nec tantum causae voluntatis sunt quaerendae: sed interim et erroris, ut ebrietas, ignorantia,* ubi Turic. sec. m., Guelf, Goth. *errores* dant, siquidem hae scripturae sexcenties corrigentis manum manifesto prae se ferunt. Cf. Cic. Div. in Caec. 18. *ridiculum est putare, causam necessitudinis ad inferendum periculum justam videri oportere.* Phil I, 11. II, 31. Cf. Zumpt. Lat. Gramm. §. 425.

Agmen cogat Genitivus indeclinabilis vocabuli 1, 4, 17. *non E quoque I loco* fuit?

3. DE DATIVO.

In hoc Casu jam plus valet Graecae linguae usus, nec solum in Attractione illa 11, 1, 50. *cui esse diserto vacet*, aut in aliis, quae Latinis in usu esse solent, nec in multo insolentiore Dativi cum Substantivo conjunctione: *sibi ipsi responsio* 9, 3, 90; sed in frequenti ac proprie sic appellato Dativo Graeco, tam apud Participium Perfecti Passivi, quaeque ejus opera formantur tempora, ut 8, 6, 31. *ὀνοματοποιΐα Graecis inter maximas habita virtutes.* 1, 6, 22 *ita dicta ac scripta summis auctoribus.* 7, 2, 53 *cui id factum* dicitur. 10, 1, 96 *iambus quibusdam interpositus.* 9, 4, 1 *cui (M.*

Tullio) nescio an ulla pars operis hujus sit magis elaborata: quam apud alias Passivi formas, ut 1, 7, 12 *judici* (Sp. *a judice*) *aliam probationem desiderari* Z. 12, 1, 4 *neminem malum esse nisi stultum eundem non modo sapientibus dicitur, sed vulgo quoque semper est creditum.*

Graecarum vocum ipsarum Dativum Ablativi Latini vice fungi jam in Praepositionibus dictum quum sit, hic tantum memorabimus 4, 2, 128 *uti ἐπιδιηγήσει.* — Sed poeticas quoque Verborum breviores constructiones apud Nostrum nonnihil valere, videre licet ex 5, 10, 7 *enthymema syllogismo distare*, solo Guelferbytano *a syllogismo* dante, quanquam aliis omnibus locis Quintilianus *distare* cum *ab* jungit. Differo et Diversus v. in Lex.

4. DE ACCUSATIVO.

Laxiorem argenteae aetatis usum hujus Casus, etsi raro, tamen aliquo vestigio deprehendes 12, 10, 79 *si haec quoque jam lenius supina perseverantibus studiis evaseris.* Alter deinde fluctuans Accusativus, qui nihil habet, quo nitatur, forsitan Gernhardio duce sisti possit, si locus sic constituatur: 9, 3, 76. 77. *Cleosteleus πάρισον existimat, quod sit e membris non dissimilibus; secundum, ut clausula similiter cadat, — ὁμοιοτέλευτον, similem duarum sententiarum vel plurium finem,* ut *similem — finem* pendeat et ipsum ab *existimat.* — Attractio haec Accusativi 10, 1, 62 *Stesichorum, quam sit ingenio validus, materiae quoque ostendunt*, laudata et defensa a Frotschero,

quamvis soli Regio deberi videatur, Codicibus *Stesichorus* dantibus, tamen propter sequentes Accusativos *canentem* et *sustinentem* tolli non potest.

5. DE ABLATIVO.

Inter Ablativos loci enotandos existimavi: *mari ac terra* 7, 10, 13. *coelo terraque* 12, 10, 19; praetereaque animadvertendum, saepe solum Ablativum hac locali significatione, omisso *in*, tamen aegre interdum desiderato, poni, ut 12, 5, 6. *cum in basilica Julia diceret, primo tribunali.* 8, 2, 15 *quinto demum versu*, multisque aliis locis, quos vide in Lexico In. III, quamobrem 9, 3, 50 *utimur hac figura non singulis modo verbis* ex Codicum auctoritate contra editionum *in singulis* restituerim.

Causales Ablativi audaciores mihi videntur: Pr. 7 *alterum (librum) temerario editionis honore vulgaverant;* et 10, 5, 10 *illa multiplici personarum* etc. *diversitate — facile delitescit infirmitas;* quo loco fortasse etiam de locali Ablativo cogitari possit, quae ratio Spaldingii scriptura *in illa* firmatur; jam 5, 13, 3 *accusator criminum invidia — materiam dicendi trahit*, cui discrepantiae Gesnerus Praepositione *a*, Spaldingius *e*, mederi volebant; ad quem locum, non propter similitudinem Ablativi, sed propter ejusdem Verbi usum adjicio 9, 4, 20 *verba verbis trahunt* i. e. *verba ex verbis serunt.* Cf. utrobique Notas Spaldingii. Contra ea Praepositionem *ab* de inanimo invenies: 12, 10, 43 *quae sunt ab eadem nobis natura concessa;*

at similem olim locum: 8, 6, 75 *quod a natura est omnibus augendi res minuendique cupiditas insita* Zumptiana editio, *quia natura* ponendo, sustulit.

Deinde ad Ablativos *quosdam* Modi apud Verbum *dico* animos advertere velim, ut 2, 11, 3 *impetu dicere se gloriantur.* 10, 1, 99 *licet Varro — Aelii Stilonis sententia — dicat,* interpretibus modo *ex*, modo *de* conjicientibus; tum 11, 1, 49 *reum — frequenti translatione, fictis aut repetitis ex vetustate verbis, compositione, quae sit maxime a vulgari usu remota, decurrentibus periodis — dicentem,* ubi illud *compositione*, nude positum, solis circumstantibus verbis et sequenti relativa sententia, quae Adjectivi locum obtineat, defenditur. Nec omittere placuit duos Ablativos comparationis in constrictiore dicendi genere: 1, 2, 28 *majora intellectu,* et 3, 6, 70 *major praetoria cognitione summa est.* Denique indeclinabilis vocis Ablativum habes 1, 7, 10. *Nam K quidem in nullis verbis utendum puto.*

III. *DE TEMPORIBUS.*

A) DE SINGULIS TEMPORIBUS.

1. DE PRAESENTI.

Praesens pro Futuro positum est 6, 3, 78. *Si hoc ita est, is in exilium, si non ita est, redis.* cf. Suppl. et Not.; pro Perfecto, in citando 2, 5, 20 *ut praecipit Apollodorus.* cf. 2, 5, 20; quare non dubito 10, 7, 18 *sicut in cogitatione praecipimus* contra editionum scripturam *praecepimus*, a Zumptio re-

ceptam, tueri. Qualis sit hujus Temporis usus post Conjunctiones sub his ipsis quaere in Lexico.

2. DE IMPERFECTO.

Ratione sententiarum condicionalium Imperfectum Indicativi pro Plusquamperfecto Conjunctivi semel reperitur in sententia, cui tamen vis et natura condicionalis est: 5, 7, 6 *Totum igitur excutiamus locum, quando universam institutionem aggressi sumus. Sufficiebant alioqui libri duo a Domitio Afro in hanc rem compositi;* nam priorem sententiam convertere licet: *nisi universam institutionem aggressi essemus.* Duo alia Imperfecta ex habitu et indole universi complexus sententiarum explicanda sunt; nimirum 6, 1, 1 *Peroratio sequebatur* spectat ad interruptum morte filii opus; et 10, 1, 120 de Julio Secundo: *adjecisset enim atque adjiciebat ceteris virtutibus suis, quod desiderari potest,* significat *adjiciebat* i. q. *jam coeperat adjicere.* Cf. Zumpt. Lat. Gramm. §. 500.

3. DE PERFECTO.

Ex Graeca lingua translatus Perfecti Indicativi usus, qualis proprie est Aoristi, ad infinitum tempus significandum, quando de repetita actione aut de consuetudine aliqua agitur, non raro apud Nostrum deprehenditur, imprimis in Verbi *accipere* translata et ipsa significatione, ut 2, 4, 2 *quia narrationum tres accepimus species,* ad quem locum Spaldingius in Praef. I, p. LXXXII recte admonet, „receptam inter homines divisionem narrationum,

non eam, quam in prioribus scriptor ipse fecerit" significari; sed dicendo, aptius videri Praesens, neglexisse videtur vir acutissimus hunc frequentem Perfecti, praesertim hujus Verbi usum, cf. enim 5, 10, 103 *quia communia ex praeceptis* *a c c e p i m u s*, *cetera invenienda sunt.* ib. §. 63 *Partes incertas esse —; formas certas, quas tris* *a c c e p i m u s.* 12, 10, 67 *sicut quattuor ventos generaliter a totidem mundi cardinibus* *a c c e p i m u s* *flare.* v. A c c i p i o II, β, a. Verum nonnulla ex aliis quoque Verbis exempla suppetunt: 5, 7, 27 *probos quosdam non aspere incessere* *p r o f u i t.* 3, 7, 15 *Animi semper vera laus: sed una per hoc opus via ducitur. Namque alias aetatis gradus, gestarumque rerum ordinem sequi speciosius* *f u i t* (v. Not.). 12, 9, 14 *quia varium fere agentium propositum* *f u i t*, *et quorundam cura tarditatis, quorundam facilitas temeritatis crimine* *l a b o r a v i t*: *quem credam fore in hoc oratoris modum, tradere non alienum videtur.* 7, 10, 9 *Quis non faber vasculum aliquod, quod nunquam viderat,* *f e c i t?* 1, 3, 16 *Adde, quod multa vapulantibus dictu deformia et mox verecundiae futura saepe dolore vel metu* *a c c i d e r u n t*, ubi ante Zumptii editionem legebatur *accidunt* v. Suppl. Eodem pertinet scriptura loci alioqui multifariam vexati, a Zumptio ex Vossianis 1. 3. sic constituti: 10, 1, 63 *sed et* *l u s i t* *et in amores* *d e s c e n d i t*, Spaldingio contra Codices edente: *sed in lusus et amores descendit.* v. Suppl. et Buttm. in Addendis. Quid? si super haec etiam addiderim 8, 3, 30 *quod rei studiosus non rebus verba* *a p t a v i t*, *sed res extrinsecus* *a r c e s s i t*, quum vulgo contra omnes

Codices *aptabit* et *arcesset* mutetur (cf. Walch ad Tac. Agric. p. 105). Quin etiam in Conjunctivi Perfecto videtur eadem illa vis infinita inesse 12, 1, 28. *Nam quomodo pugnam ineuntibus tot simul metus laboris* etc. *exciderint, nisi in eorum locum pietas* etc. *successerint?*

4. DE FUTURO.

Singularis quidam Futuri, apud scriptorem nostrum imprimis frequens, usus, quum in Grammaticis nostris immerito neglectus sit, pluribus de se disserere me jubet: accedit enim Futurum simplex pro natura sua proxime ad Praesens Conjunctivi, utroque, non quid sit, sed quid fieri possit, significante, nisi quod per Futurum loquentes singulas actiones, quae aliquando dabuntur, spectant, id quod imprimis in praecipiendo ac docendo locum habet; quum, qui Praesenti Conjunctivi utuntur, generaliter atque in universum loquendo, dubitationi etiam interdum locum relinquant. Quintilianus ergo, hac illorum Temporum affinitate atque ratione ductus, permultis locis Futurum I. adhibere non dubitavit, quibus locis ex vulgari ratione Grammaticae potius Conjunctivum Praesentis exspectaveris.

Primum igitur amat Futurum I. in adhortando aut praeceptis proponendis, ubi alias solitum est aut Conjunctivo Praesentis aut Conjugatione cum Participio Fut. Pass. uti, cujus generis largissimam copiam exemplorum Cicero de Or. I, 34. offert. Ergo priore illa ratione pro Conjunctivo Prae-

sentis haec: 2, 4, 20 *Inde paulatim ad majora tendere* i n c i p i e t, *laudare claros viros et vituperare improbos.* 10, 7, 1 *ex tempore dicendi facultas: quam qui non erit consecutus, mea quidem sententia civilibus officiis* r e n u n t i a b i t. 12, 9, 6 *Finem tamen hunc* p r a e s t a b i t *orator, ut videatur optimam causam optime egisse.* 12, 10, 37 *Non tamen alto semper* f e r e m u r; *nam et litora interim* s e q u e n d a s u n t, et aliis locis. (Cf. Cic. Acad. II, 30, 98 *Si recte conclusi, teneo: sin vitiose, minam Diogenes* r e d d e t. De secunda Futuri persona pro Imperativo v. Zumptii Grammaticam Lat. §. 586.) Adde 4, 2, 117 *(verba) hic expressa — esse* d e b e b u n t, ubi suffecerat *debent;* altero vero huic simili loco 4, 3, 17. editio Zumptiana *potest* pro *poterit* restituit. Secunda ratione pro Participio Fut. Pass. haec: 4, 5, 108 A r g u m e n t a b i m u r, *ut dixi, nunquam: argumentum* p o n e m u s *aliquando.* — I n s e r e m u s *expositioni et brevem, cum res poscet, defensionem et rationem futurorum.* Continuatur deinde §. 109. oratio: *Neque enim* n a r r a n d u m e s t *tanquam testi.* Porro 5, 13, 8 *Testes erunt? multa in eos dicere licet. Chirographum? de similitudine litterarum* d i s s e r e m u s, ubi multi Codices secundi ordinis, ex quo corrigentis manum agnosces, dant *disserendum est.* Ibid. 13. *Itaque propositio quoque secundum hanc utilitatem* a c c o m m o d a b i t u r.

Tum in sententiis obliquis, sive indirectas eas dicere mavis, Futurum in membris interpositis, quae ex Pronomine aut Adverbio relativo pendent, Conjunctivi loco positum est, sive Verbum prima-

rium sententiae illius obliquae Infinitivus, sive Conjunctivus est. Prioris generis exempla Futuri, Infinitivo subjecti, sunt: 2, 2, 9 *Ita fiet, ut ex judicio praeceptoris discipulus pendeat, atque id se dixisse recte, quod ab eo probabitur, credat.* 2, 21, 14 *mihi satis erit, ejus esse oratorem rei, de qua dicet, non imperitum.* 12, 11, 2 *ne, quae dicet, parum audiri sentiat.* 3, 7, 16 *dum sciamus gratiora esse audientibus, quae solus quis, aut primus etc. fecisse dicetur.* 8, 3, 42 *ne speremus, ornatam orationem fore, quae probabilis non erit.* 1, 11, 14 *ediscere etiam electa ex his (orationibus) cogat, et ea dicere stantem clare, et quemadmodum agere oportebit.* Posterioris generis, altero Conjunctivo alteri subjecto, exempla haec erunt: a) introducente Pronomine relativo: *nihilominus amicum gravem virum, aut fidelem libertum, lateri filii sui adjungere (licet), cujus assiduus comitatus etiam illos meliores faciat, qui timebuntur* (i. e. condiscipulos) 1, 8, 3. *esse flexum quendam, quo distinguantur (prosopopoeïae) ab iis, in quibus poeta persona sua utetur.* 4, 2, 89 *prima sit curarum, ut id, quod fingemus, fieri possit.* 5, 11, 6 *ut aut omnia ex eo (exemplo) sumamus, aut quae utilia erunt.* 10, 3, 28 *ut omnia, quae impedient, vincat intentio.* Etiam 4, 3, 10 *quo facilius aures judicum, quae post dicturi erimus, admittant.* His adjice, quamvis diversa exempla, tamen eidem dicendi legi obnoxia: 5, 11, 8 *Etiam in iis, quae futura dicemus, utilis similium admonitio est.* 7, 1, 39 *Ab eo enim, cujus personam tuebimur, incipiendum erit.* b) Introducente Ad-

verbio relativo: 2, 1, 12 *Arma sunt haec quodammodo praeparanda semper, ut iis, cum res poscet, utare* Z. cf. 5, 7, 32; 2, 13, 3 *si praecipias imperatori, quotiens aciem instruet, dirigat frontem* etc. 4, 5, 18 *Et illud utique faciendum est, ut, quotiens suspicabimur, judici aliam probationem desiderari, — promittamus, nos plene et statim de eo satis esse facturos.* Sic et Futurum exactum reperitur: 9, 4, 57 *ut, cum pro composito dixero numerum, — oratorium dicere intelligar.* Cf. Cic. Or. I, 31, 137 *Atque arbitror, quum audieris, non tam te haec admiraturum, quae dixero, quam existimaturum* etc. At vero, quae de Quintiliano disputavimus, aliis Ciceronis quoque exemplis firmari poterunt, ut De Fato 12, 28 *fortuitae sunt causae, quae efficiant, ut vere dicantur, quae ita dicentur, „Veniet in senatum Cato,"* eoque pluribus, quo magis hic scriptor emendationes quasdam exuerit, aut socordium librariorum, aut nimis acrium et subtilium editorum, qui, proposita semel lege de Consecutione Temporum et Modorum, unam normam dicendi ubique suspicantes, extirpando Futuro et Conjunctivo reponendo optime de clarissimo oratore meruisse sibi videbantur, id quod docent Görenz ad Cic. de Leg. I, 14, 41 *is vero, qui nihil alterius causa faciet, et metietur suis commodis omnia, videtis, credo, quid sit acturus*, ac plenius Ellendt ad Brut. 50, 187 *ut, qui audient, quid efficiatur: ego, etiam cur id efficiatur, intelligam*, etsi vir doctus plura miscet diversa, et, quem affert locum Nostri 3, 7, 15 *singulis assignare, quae secundum quamque earum (virtutum)*

gesta erunt, eo potius memorabilis videtur, quod Quintilianus neglexit praecedentem constructionem Perfecti ἀορίστως positi *namque alias speciosius fuit*, quae res movit Gesnerum, ut *fuerunt*, Spaldingium, ut *erant* mallet.

B) DE CONSECUTIONE TEMPORUM.

1. FUTURORUM.

Consecutio Futurorum, sicut omnis consequentia Temporum Indicativi, in sententiis relativis, causalibus, condicionalibus (*v.* Nisi et Si in Lex.) cernitur. Referuntur vero invicem in talibus sententiis aut bina Futura simplicia, ut 6, 3, 35 *quae dicet vir bonus, omnia salva dignitate dicet.* 10, 1, 4 *minus peccabit, qui longis breves subjiciet, et adhuc, qui praeponet longae brevem.* 4, 3, 6 *quod tamen ita fieri oportebit, si res dubitationem non habebit.* cf. ib. 9. 4, 5, 14. 5, 6, 5: aut Futurum I. et Praesens Conjunctivi, ut 11, 3, 138. *cui lati clavi jus non erit, ita cingatur* etc. 1, 1, 11. *si tamen non continget, quales maxime velim nutrices* etc. *habere; at unus certe sit assiduus dicendi non imperitus.* 1, 11, 14 *cum legere orationes oportebit, cum virtutes earum jam sentiet (puer), tum mihi diligens aliquis ac peritus assistat.* 1, 12, 6 *cum Latinis literis studebimus, non respiciamus ad Graecas?:* aut Futurum simplex et exactum, ut 2, 7, 3 *sine molestia, quae ipsi composuerint, jam familiarius animo suo affigent*, et multa similia, ex quibus praecipue intuenda haec

duo videbantur exempla: 8, 3, 55 *vitium erit (πλεονασμός), quotiens otiosum fuerit et supererit, non cum adjicietur*, quae in Praesens conversa haec erunt: *vitium est, quotiens odiosum fuit et superest, non cum adjicitur;* deinde: 7, 10, 6 *Nisi forte satis erit dividendi peritus, qui controversiam in haec diduxerit — deinde, cum fuerit de prima quaestione dicendum, passim et ut quidque in mentem veniet, miscuerit: non primum in ea scierit esse tractandum* etc., expectabas certe etiam *venerit:* aut bina Futura exacta: 5, 9, 9 *At quia sanguis vel ex hostia respersisse vestem potest, vel e naribus profluxisse: non utique, qui vestem cruentam habuerit, homicidium fecerit.* 2, 6, 6 *Quodsi satis prudenter dicenda viderint (discipuli), jam prope consummata fuerit praecipientis opera: at si quid erraverint adhuc, erunt ad ducem reducendi.* Denique Futurum exactum et Praesens Indicativi: 7, 2, 15 *Si tamen plures in persona probationes habuerit (accusator), convertit hunc ordinem.* ib. 16 *Si in hac parte vicerit, reliqua non necesse habet dicere.* 9, 2, 1 *cui latius complecti placuerit, habet, quod dicat.*

2. CONJUNCTIVI.

Enotanda erunt secundum viam a nobis institutam ea, quae a vulgari Grammatica discedunt, exempla; ubi ergo Praesens vel Perfectum Conjunctivi ponitur, Praeterito Tempore antecedente, aut Imperfectum, Praesente, qualia sunt: a) Praesentis Conjunctivi: 3, 11, 28 *quae partes sint*

(Sp. *essent) judicialium causarum, supra dictum est.* 9, 4, 87 *miror fuisse* etc., *quasi ullus esset (pes), quem non sit necesse in oratione deprehendi:* vel *ut* sententiam regente: 1, 10, 17 *quem Plato adeo probavit, ut suppositos capiti libros ejus, cum moreretur, habuisse credatur.* 12, 1, 29 *nec unquam tanta fuerit loquendi facultas, ut non titubet atque haereat, quotiens* etc. 8, 2, 21 *pervasitque jam multos ista persuasio, ut id jam demum eleganter atque exquisite dictum putent, quod interpretandum sit.* 2, 17, 2 *Quod non oratores tantum vindicarunt, ut studiis aliquid suis praestitisse videantur* (v. Not. crit.). Nec solum, ubi, quemadmodum his duobus locis, *ut* eventum significat, sed etiam ubi consilium et finem, atque post particulam *ne:* 4, 2, 107 *in partitionibus praecepit (*Sp. *praecipit), ut habeat narratio suavitatem.* ib. 128 *Est et quaedam repetita narratio —: ideo autem reperta, ut — fusius et ornatius res possit exponi* (v. Suppl.) 5, 14, 22 *qui curavit, ut vim afferat, ut hostis, debet etiam ut hostis repelli*, ubi Spaldingius tentat scribere *curat.* 1, 1, 34 *Illud non poenitebit curasse, — ne hanc operam in vocabulis vulgaribus — perdat (puer).* Cf. Cic. Cat. IV, 2, 4 *Id est initum consilium, ut, interfectis omnibus, nemo ne ad deplorandum quidem reipublicae nomen relinquatur.* — b) Perfecti Conjunctivi: 12, 9, 16 *adeo ut paulo minus promtis etiam noceat scripsisse, si alia ex diverso, quam opinati fuerint, occurrerint.* 8, Pr. 3 *unde existiment accidisse, ut, qui diligentissimi Artium scriptores extiterint, ab elo-*

quentia longissimi *fuerint.* — c) Imperfecti Conjunctivi Praesenti antecedente positi causa quaerenda est in usu sententiarum condicionalium, quae suam sibi legem servant, quando ipsae ex Praesenti pendent; itaque scriptum est: 1, 1, 22 *cur improbetur, si quis ea, quae domi suae recte faceret, in publicum promit;* i. e. „*was er thuen würde*,“ sed non facit domi. 10, 1, 111 *cum interim haec omnia, quae vix singula quisquam attentissima cura consequi posset, fluunt illaborata*, „non enim potest consequi quisquam,“ 6, 2, 3 *quos equidem non contemno, sed hactenus utiles credo, ne quid per eos judici sit ignotum; atque dignos, a quibus causam diserti docerentur;* annotante Zumptio in Supplementis „Imperfectum, in quo Spaldingius offendit, eam ob causam positum videri, quod illud non fere moris fuit inter oratores.“ Cf. Cic. Rosc. Am. 33, 92. *Video igitur, causas esse permultas, quae istum impellerent* (h. e. impellere poterant, sed non impulerunt): *videamus nunc, ecqua facultas suscipiendi maleficii fuerit.* Eadem ratione ponitur Plusquamperfectum Conjunctivi 8, Pr. 24. *Dum parum creditur disertum, quod et alius dixisset* (sed non dixit). Ceterum vide Particulas condicionales in Lexico.

Contra lex et norma Consecutionis Temporum subtiliter servata est his exemplis: 3, 1, 1 *in libro secundo quaesitum est, quid esset rhetorice.* 7, Pr. 4 *cum — nulla reperta sit causa, quae esset tota alteri similis.* 12, 11, 8 *id viro bono satis est docu-*

isse, quod sciret, ubi ratio rerum ipsa et nostra dicendi consuetudo desiderare videretur Praesentia, nisi ab elegantissimo quoque scriptore de vero hoc et genuino Latini sermonis usu satis doceremur.

IV. *De Modis.*

1. DE INDICATIVO.

Subjicitur Indicativus aliquotiens aut Conjunctivo aut Accusativo cum Infinitivo per Pronomina vel Adverbia relativa, ubi vulgaris ratio grammatica Conjunctivum poscere videatur, cujus generis, praeterquam quod ad ea, quae supra de peculiari Futuri usu disserui, rejicio, adjungam haec exempla: 1, 5, 24 *ut inter duo, quae idem significant, ac tantundem valent, quod melius sonet, malis.* 10, 2, 28 *ut suppleat, quae deerant, circumcidat, si quid redundabit*, utrobique Relativo cum sequentibus circuitionem quandam Participii aut Substantivi faciente, ut similiter 5, 10, 36. 7, 1, 20. 8, 3, 39. 10, 1, 58. Itaque tolerandus erit 10, 2, 28. Indicativus, nec ratio loci poscere mihi quidem videtur Francii conjecturam, alioqui Quintiliani sermoni convenientem, *deerunt*, „quum supplenda sint, quae antea non fuerunt, circumcidenda, quae deinde redundabunt." Porro paulo insolentiora haec: 12, 1, 29 *ut non titubet atque haereat, quotiens ab animo verba dissentiunt.* 6, 4, 19 *ut remedia proinde perseverent adhibere vel desinant, ut illa recipi vel respui vident.* 11, 2, 43 *mirum dictu*

est, quantum nox interposita afferat firmitatis, sive requiescit labor ille, sive concoquitur seu maturatur recordatio. Deinde in Accusativo cum Infinitivo: 12, 11, 25 *nec, quidquid non est factum, ne fieri quidem posse*, loco olim corrupto, sed a Zumptio ex Ambrosiano I. restituto. 9, 4, 38 *neque Lucilium putant uti eadem ultima, cum dicit.* Nec opus fortasse erit Gesneri conjectura, quam Zumptius recepit, *speraverint* 7, 2, 30, quum olim legeretur: *hanc fiduciam fuisse accusatoribus falsa objiciendi, quod laesum et vulneratum reum sperare hac invidia opprimi posse* (v. supra Cap. I, II, 1.). Qualis sit usus Indicativi post Conjunctiones et Pronomia relativa, vide in Lexico.

2. DE CONJUNCTIVO.

Praesenti Conjunctivi cum modestia quadam et urbane utitur interdum Quintilianus in proponendis suis opinionibus aut praeceptis, ut 3, 5, 18 *causam nunc intelligamus* ὑπόθεσιν, *negotium* περίστασιν. 6, 2, 5 *probationes enim efficiant sane, ut causam nostram meliorem esse judices putent.* 8, Pr. 19 *at eadem si quis volsa atque fucata muliebriter comat, foedissima sint ipso formae labore* (v. Suppl.) 2, 17, 28 *qui frequenter in hoc ipsum fallendi sint, ne errent.* Hunc scriptoris nostri morem observanti visa est mihi Codicum lectio tutanda: 4, 5, 13 *Quod sane in parte verum est, et illo sequenti, si modo indubitabile est, sit solo utendum*, quamvis ante *illo* Spaldingius *cum* receperit, et Zumptius *ut* requirat.

Imperfectum Conjunctivi paucis locis eandem illam modestiae legem non modo sequi sed adeo

amplificare existimo', ut suam opinionem aliorum auctoritati plane subjicere videatur Quintilianus, quum dicat: 5, 10, 90 *ac mihi quidem sufficeret hoc genus, sed in species secatur*, atque 9, 2, 83 *quod ego maxime sequerer*, quo loco Spaldingius in Nota critica fatetur, se non videre, quem locum habeat Imperfectum. Non tamen servandum censeo hoc idem Tempus 7, 1, 50 *Jam multum acti est: posset aliquis non affuisse et heres esse*, nisi vero et Grammaticae et sensui vim inferre volemus; sed plane sufficit Obrechti *possit* „es wäre möglich, dass jemand könnte," quod Ambrosianum I. quoque, qui tacetur, dare, ex silentio Collationum argumentor.

Perfectum Conjunctivi proprium quendam locum habet in praeceptis proferendis, ut 1, 1, 7 *de pueris — idem, quod de nutricibus dictum sit.* 6, 3, 26 *Idem autem de vultu gestuque ridiculo dictum sit.* cf. 7, 1, 9; deinde 1, 1, 19 *Idem etiam de sequentibus annis praeceptum sit.* 9, 2, 95 *ut protinus etiam praeceptum sit, ejusmodi figuris utendum temere non esse* (v. Not.). 9, 3, 56 *Sit tamen tradita et Latina (gradatio)* v. Not.

3. DE INFINITIVO.

Laxiora fieri vincula sermonis Latini Graeca invalescente licentia hic imprimis Modus docet, liberius enim etiam apud Fabium construitur cum Verbis et Nominibus, ubi grave et castum superiorum scriptorum genus dicendi legitimas structuras, sua quamque ratione, adhibuisset. Permittit enim sibi noster non solum haec: Pr. 3 *demittere me*

ad minora illa non recusabo. 4, 5, 3 *qui partitionem extendere vetant.* cf. 10, 5, 5; 3, 8, 58 *breviores commentarios facere elaborarunt.* 2, 5, 23 *suaserim et antiquos legere et novos.* 10, 5, 60 *sed esto neque melius, quod invenimus, esse, neque par.* 10, 7, 22 *si consequi utrumque non dabitur.* cf. 11, 3, 125. 127 ceteraque, quae in Lexico sub Delecto, Dissuadeo, Scio, Vaco etc. quaerenda sunt; sed etiam post Substantiva vice Genitivi Gerundii aut *ut* cum Conjunctivo, sicut: 5, 7, 32 *illae vero pessimae artes, testem subornatum in subsellia adversarii mittere.* 1, 6, 44 *velli et comam in gradus frangere et in balneis perpotare — non erit consuetudo.* 1, 2, 31 *est quaedam tacita dedignatio, vim dicendi — ad unum auditorem demittere.* 11, 2, 18 *primus hic labor est, non haerere in occursu.* 12, 10, 40 *quibus solum natura sit officium attributum, servire sensibus.* 8, 6, 23 *cujus vis est, pro eo, quod dicitur, causam, propter quam dicitur, ponere.*

Altera Graeci sermonis similitudo est frequens Attractionis apud Infinitivum sive Nominativi cum Infinitivo usus. a) apud Activa: 10, 1, 97 *qui esse docti affectant.* v. Affecto. 4, 3, 8 *judex quam primum certus esse sententiae cupit.* 10, 1, 72 *meruit credi secundus* (cf. Ovid. Met. 13, 315 *esse reus merui).* 11, 3, 42 *summa (vox) rumpi periclitatur.* 3, 6, 64 *non sustineo esse conscius mihi dissimulati — judicii mei.* v. Sustineo. 10, 7, 21 *qui stultis videri eruditi volunt.* b) apud Passiva: 9, 2, 92 *Themistocles suasisse existimatur Atheniensibus.* 8, 2, 20 *qui suos artus*

morsu lacerasset, fingitur in scholis supra se cubasse. 11, 1, 66 *ut inviti judicemur dixisse.* 1, 10, 33 *tibicen ponitur — accusari,* quod exemplum immerito Spaldingius soloecismum putavit, nam cf. etiam: Cic. Mil. 18 *primum liberatur Milo, non eo consilio profectus esse, ut* etc. id. Tusc. I, 48, 114 *qui — hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur.* Curt. VI, 11, 35 *qui proximi sceleris particeps esse arguebatur.* Nec minus huc pertinere mihi videntur Participia, omisso *esse*, ut: 3, 6, 12 *jure interfectus ostenditur.* 2, 4, 35 *P. Clodius, qui non rite creatus tribunus arguebatur.* Cf. Zumpt. Gramm. Lat. §. 607.

Tertium Graecismi genus est omissum Subjectum Accusativi cum Infinitivo, quum aut idem est Subjectum, quod in Verbo dicendi sive sentiendi, ut Pronomen personale suppleatur, quale 7, 1, 60 *tentabit dicere, ne impetrare quidem aliter potuisse suorum restitutionem* (v. Not.). 7, 3, 1 *qui non potest dicere, nihil fecisse, proximum habet, ut dicat, non id fecisse, quod objiciatur.* 7, 4, 32 *reus fecisse negat.* 5, 7, 15 *fingamus in praesentia scire.* 9, 4, 101 *duo spondei non fere jungi patiuntur.* Cf. Cic. Mil. 24 *servos Milonis — sibi confessos esse, de interficiendo Cn. Pompejo conjurasse.* id. Verr. IV, 12 *respondit, id quod necesse erat, scilicet dicto audientem fuisse. ibid.* Act. I, 8 *Hic alios negasse, audere, alios respondisse, non putare, id perfici posse.* (v. Garat. ad h. l. et ad Phil. II, 24. Müller ad Cic. de Or. I, 22, 101.); — aut quum variatur Subjectum, ita ut Pronomen demonstrativum supplendum sit, ut 6, 3, 87

interrogatus, quid sentiret de eo, qui in adulterio deprehensus esset, Tardum fuisse, respondit, (Cf. Cic. Verr. IV, 21 *ut intelligatis, in homine intelligentiam esse, non avaritiam; artificii cupidum, non argenti fuisse).* 12, 1, 20 *Quanquam enim stetisse ipsum in fastigio eloquentiae fateor, ac vix, quid adjici potuerit, invenio, fortasse inventurus, quod adhuc abscisurum putem fuisse.* At vero insolentius etiam his, quum illic *tardum*, hic *abscisurum* omissum Subjectum indicet, est 6, 1, 35 *Fuit quondam inter haec omnia potentissimum, quo L. Murenam Cicero accusantibus clarissimis viris eripuisse praecipue videtur, persuasitque, nihil esse ad praesentem rerum statum utilius, quam pridie Calendas Januarias ingredi* (sc. *illum*) *consulatum.* Hujus insolentioris generis nonnulla exempla ex Curtio, cujus sermonem potissimum cum Quintiliano contulerim, quum et ipse argenteae aetatis scriptor studio quodam rhetorico suam orationem ad similitudinem optimorum aureae aetatis scriptorum finxisse mihi videatur, hoc loco laudare in promtu est: VI, 7, 26 *Atque illo (Cebalino) fatente, jam tertium (diem) esse, existimans (rex), haud incorrupta fide tanto post deferre, quae audierat, vinciri eum jusserat.* VIII, 11, 2 *Hanc (petram) ab Hercule frustra obsessam esse, terraeque motu coactum absistere, fama vulgaverat.* IX, 5, 20 *Toto die ac nocte — exercitus regiam obsedit — Nec prius recesserunt, quam compertum est, somno paulisper acquiescere* (sc. *regem*). X, 1, 68 *et quo modestius, quod expectabat, appeteret (Perdiccas), pervicacius oblaturos esse* (sc. *milites*) *credebat.*

Alia quaedam proprietas dicendi ab legitima ratione diversa est Accusativus cum Infinitivo, ubi pro natura Verborum Nominativum per attractionem positum apud Infinitivum desiderabis, ut 11, 1, 64 *credetur abesse ab eo culpam.* 5, 7, 33 *inde scientiam in testibus et religionem, ingenia esse in argumentis dicitur.* 6, 1, 31 *sciebatur interfectum eum* (v. Not.). 11, 2, 50 *cui duas et viginti linguas — traditur notas fuisse.* v. Trado in Lexico. Porro: 5, 10, 5 *aliis videtur, non destinatam vel inchoatam sed perfectam probationem hoc nomen accipere* (v. Not.); cum quo loco conferendus est 4, 2, 67 *Respondit, quae ei visum est* (sc. *responderi*), denique 10, 2, 8 *qui se pulchre expressisse genus illud — sibi viderentur.*

Agmen cogant Infinitivi Perfecti exempla, quae illa a Zumptio in Grammatica Lat. Cap. 80, 1 Not. 3 (§. 590) disputata expleant: 2, 1, 2 *non satis credunt excepisse, quae relicta erant* (cf. tamen Inf. Praes. Verbi deponentis 12, 2, 31). 8, 6, 30 *Romanae eloquentiae principem pro Cicerone posuisse, non dubitent.*

Infinitivus historicus, cujus copia in opere Quintiliani nulla est, tamen uno fortasse loco, ab interpretibus varie tentato, reperitur: 7, 1, 41. Abjecta enim Spaldingiana lectione, partim ex editionibus et conjecturis hausta: *Alii nihil vitare, ea, quae in oculos incurrunt, exquirendo, putant,* Zumptius, restituta Ambrosiani I. scriptura: *Alii nihil vitare, quae in oculos incurrunt exquirendum putant,* infra textum *editionis suae adjecit:*

„Nos *vitare* accipimus pro *vitandum sibi esse*,“ id quod dubito, num doctissimus vir ullo exemplo probaturus sit. Nihil igitur relinqui mihi videtur, nisi emendationis ancipitem medicinam adhibere volemus, quam ut *vitare* sit Infinitivus historicus, sine Conjunctione copulativa cum sequentibus nectendus; quamvis fateor, displicere mihi illum Infinitivum singillatim positum, cujus tamen exempla quum pleraque apud Livium, Sallustium, Tacitum, tum apud alios scriptores deprehenduntur, ut Cic. Verr. Act. II, Lib. I, 26 *ipse Rubrius in turba sauciatur; iste, qui sua cupiditate tantos tumultus concitatos videret, cupere aliqua evolare, si posset.* Curt. VIII, 3, 2 *Spitamenes (uxorem) — in omne discrimen comitem trahebat. Illa malis fatigata identidem muliebres adhibere blanditias, ut* etc.

4. DE GERUNDIO ET PARTICIPIO.

a) Gerundium in obliquis Casibus cum Accusativo conjungere, ut 3, 8, 39 *objiciendo aliquos metus.* 4, 5, 17 *ut omnia credat audendum*, praesertim si Objectum est Adjectivum aut Pronomen aut sententia relativa, ut 7, 1, 41 *quae in oculos incurrunt, exquirendum putant*, usitatum est, nec raro necessitate quadam soni exigitur, quale 4, Pr. 3 *quis aut mores excolendi sit modus aut studia.* Sed Nominativus quidam ipse cum Objecto perrarus est, non tamen, quia certa Codicum auctoritate nititur, emendationibus extirpandus erit: 11, 3, 175 *An non haec, misellus et pauperculus, summissa atque contracta; fortis et vehemens et latro, erecta et concitata voce dicendum est?* (v.

Buttm. in Addendis). Neque enim haec constructio ipsa omnino negari possit, quamvis non omnes ejus laudati loci satis firmis praesidiis muniti sint (cf. Ramshorn Lat. Gramm. ed II. p. 650), et hoc loco sensus ipse *haec* postulare necessario videtur.

Contra ea Participium Futuri Passivi cum Pronomine legitur 3, 2, 2 *defendendi sui* gratia; idem cum Praepositione *ab:* 1, 1, 16 *ab illis jam formandam quam optimis institutis mentem infantium*, ne invicem se turbarent *illis* et *optimis institutis.*

b) Participii Futuri Activi usum propter nimium brevitatis studium tametsi Quintilianus in Sallustio carpit dicendo: 9, 3, 12 *eousque processum est, ut visuros ad videndum missos idem auctor diceret*, tamen ipse cum modestia quadam dicendi idem pro Participio Futuri Passivi adhibet: 1, 10, 15 *Ejus sectae principes in hac fuere sententia, ut existimarent, sapientium aliquos nonnullam operam his studiis accommodaturos.* 5, 7, 17 *in eo (teste), qui verum invitus dicturus est, prima felicitas interrogantis est, extorquere, quod is noluerit;* uti fere apud Curtium VII, 10, 10 *Inde Bessum Ecbatana duci jussit, interfecto Dareo poenas capite persoluturum.* cf. id. VI, 10, 10. Ceterum fluctuat hujus Participii usus apud argenteae aetatis scriptores adeo, ut idem potestatem significet, sicut: 5, Pr. 5 *sic optime divisuri videbimur:* atque cum Verbo substantivo: 4, 5, 17 *Potest enim videri, qui tuto etiam confessurus fuit, mentiendi causam in negando non habere.* 4, 2, 112 *cum praesertim etiam in probationibus faciliorem*

sim animum ejus habiturus. Z. In interrogatione figurata reperitur vi condicionali: 1, 12, 18 *facile persuadebit sibi, ut tempora — geometriae potius ac musicae impendat, quanto plus delectationis habiturus, quam ex illis ineruditis voluptatibus* pro *quum tamen multo plus habiturus esset.* Ceterum admodum juvat interdum hoc Participium brevitatem dicendi, ut 7, 4, 18 *spes in futurum innocenter victuri et in aliquo usu futuri* pro *fore ut innocenter vivat et in aliquo usu sit.*

c) Ablativi absoluti ex solis Nominibus formati sunt: 9, 2, 24 *reo Scauro.* cf. 10, 1, 22; 6, Pr. 6 *liberis superstitibus* (Sp. adj. *oblectabar*) *et — me salvo maximos cruciatus praecipiti via effugit;* ex Participio Fut. Act. 12, 10, 73 *genus dicendi, quod casuris, si leviter excutiantur, flosculis nitet;* ex Comparativo Participii. 11, 3, 95 *tanto contractioribus ultimis digitis, quanto priores descenderunt;* ex duobus Participiis: 3, 8, 21 *etiam detractis sequentibus*, cujus generis alterum exemplum 8, 2, 19 *emutatis in perversum dictis de figuris* in Zumptii editione sublatum est.

Mixti et connexi cum ceteris orationis partibus, non igitur vere absoluti Ablativi, sunt in his: 1, 1, 1 *Igitur nato filio pater spem de illo primum quam optimam capiat.* (11, 1, 82 tollit editio Zumptiana). Deinde in Accusativo cum Infinitivo 11, 1, 28 *fuisset tumidius, si accipiendum criminis loco negasset Cicero, Equitis Romani esse filium se defendente,* qui locus, ipse plane legitimus, transitum faciat ad multo durius illud: 8, 2, 2 *ut ille, qui in actione Ibericas herbas, se solo nequidquam intelligente,*

dicebat, cum quo loco aliquatenus congruit Cic. Phil. 1, 7 *An in commentariolis et chirographis et libellis, se uno auctore* (i. e. Antonio) *prolatis, — acta Caesaris firma erunt?* Ceterum cf. de his Ablativis absolutis Sanctii Minervam II, Cap. VII, et Ramshorn Gr. Lat. §. 171, III, 3.

Cap. III.

PARS RHETORICA.

I. *DE SENTENTIIS RELATIVIS.*

Observatur in Relativis plerumque haec lex, ut perspicuitatis causa quam proxime subjiciantur iis, ad quae referuntur, Nominibus, quare paululum offendat talis constructio: 6, 2, 3 *verecundiam, vitium quidem et amabile, sed quae virtutes facillime generet;* sed etiam magis: 6, 1, 14 *Concitare quoque invidiam, odium, iram liberius in peroratione contingit, quorum invidiam gratia, odium turpitudo, iram offensio judici facit, quae* (i. e. ira) *non ex facto modo dictove aliquo — moveri solet*, quae relationis difficultas effecerat, ut ante Zumptium vulgo in editionibus sensus, legendo *qui non* etc., potius turbaretur quam explanaretur (v. Spald. Not. crit.).

Imprimis aptum est hoc Pronomen ad orationem breviter comprehendendam Attractionibus, apud Latinos scriptores eo frequentioribus, quo magis praevalere coeperat Graecus usus, quales sunt apud Quintilianum: 3, 8, 59 *propter quas dixi supra*

causas, ac durius etiam: 4, 2, 92 *respondere, ad quae interrogatur.*

Post Verba sentiendi et declarandi relativae sententiae tum tantum locum habent, quum ipsae non ex animo dicentis aut cogitantis pendent, sed rem effectam et extra animum positam continent, ut 8, 6, 67 *Longis hyperbatis et confusis quae vitia accidunt, suo loco diximus.* 6, 3, 7 *neque ab ullo satis explicari puto, unde risus — lacessitur.* 5, 10, 23 *Personis autem non quidquid accidit, exequendum mihi est, — sed unde argumenta sumi possunt.* 12, 1, 20 *ac vix, quid adjici potuerit, invenio, fortasse inventurus, quod adhuc abscisurum putem fuisse.* Cf. de hac re copiosius disputantes Zumptium ad Cic. Verr. II, 53, 131. Johannem a Gruber ad Tac. Germ. 45 p. 116. — Non tamen probabitur his exemplis ille locus: 7, 1, 8 *Sic explorandum est, ubi controversia incipiat: et considerari debet, quae primam quaestionem facit;* cui loco emendando editores multum operae dederunt, neque vero adhuc restituere eum potuerunt, quae enim nunc leguntur, satis intelligi nequeunt.

II. *DE SENTENTIIS BREVITER COMPREHENSIS.*

a) Breviter comprehendere longiores sententias evitareque verborum ambages est inter praecipuas argenteae aetatis virtutes, cujusmodi haud pauca exempla noster quoque liber continet, quorum lenissimum est 11, 3, 156 *ut et amictus sit decentior, et protinus aliquid spatii ad cogitandum*, ubi *sit* primum Copulam deinde Praedicatum, i. q. *extet*, effi-

cit. Pars horum locorum figurae, quam Zeugma vocant, annumerari potest, ut: 12, 11, 4 *monumenta rerum posteris et jura quaerentibus reddet*, ex quo Verbo ad *monumenta* supplebis *tradet.* 3, 1, 12 *Cicero in Bruto negat ante Periclea scriptum quidquam, quod ornatum oratorium habeat; ejus aliqua ferri*, intellige *ait.* Item in sententiis relativis, Pronomine relativo semel posito sed ad diversa Verba pertinente: 6, 3, 109 *quod ἀποφθεγματικὸν vocat et est.* cf. 8, 6, 21; ac durius etiam 10, 3, 11 *Sunt autem, quibus nihil sit satis, omnia mutare* etc. *velint.* Densatur et comprimitur maxime constructio omissis, quae ex ceteris facile patent, veluti Pronomen demonstrativum: 1, 7, 10 *K in nullis verbis utendum puto, nisi quae significat, etiam ut sola ponatur* pro *nisi in iis, quae significat;* item 11, 3, 68 *suis demum oculis credidit, quod efficeret* pro *in eo quod.* Deinde 2, 17, 3 *quis est — ut fabricandi quidem et texendi et e luto vasa ducendi artem putet*, quum proprie *artem* bis ponendum esset. Ante omnia comparationes Latini quam brevissime comprehendere solent, ut 10, 5, 2 *ut (Messala) et cum illa Hyperidis pro Phryne difficillima Romanis subtilitate contenderet* pro *cum Hyperide illa in oratione pro Phryne subtilitate Romanis difficillima contenderet.* Porro 11, 3, 53 *respiratio sub aqua diu pressi (spiritus) similis.* 5, 10, 114 *quo distet haec causa a ceteris, quae in potestatem victoris venirent* pro *a causa* sive *causis ceterorum, quae* etc. His adde: 10, 1, 123 *Idem igitur M. Tullius, qui ubique, etiam in hoc opere Platonis aemulus extitit*, ad *qui ubique* enim supplebis *excellit*

sive *principem locum tenet;* atque 4, 2, 116 *Ego vero — narrationem, ut si ullam partem orationis, omni qua potest gratia et venere exornandam puto*, quem locum *Meyerus* sic interpretatur: „narrationem ut ceteras partes orationis, si qua exornanda est, omni gratia exornandam puto·“ cf. 5, 10, 55 Similiter fere contrahitur oratio: 1, 4, 11 *Quaeret hoc etiam, quomodo duabus demum vocalibus in se ipsam coëundi natura sit, cum consonantium nulla nisi alteram frangat*, h. e. „cum consonantes duae non coëant, nisi ut altera alteram frangat.“ v. Not. crit. Denique 1, 7, 25 *Quid dicam vortices et vorsus ceteraque ad eundem modum, quae primus Scipio Africanus in E literam secundam vertisse dicitur* pro illis: *quorum secundam literam primus in E vertisse dicitur.*

Aptiorem quam hunc locum non invenerim, ubi de duobus locis disseram, quorum alter solutius constructus est: 8, 3, 46 *quas persequi longum est, in eo vitio, quod vitandum dicimus, commorantes:* efficitur hic Nominativus *commorantes* sine dubio ex antecedente *dicimus*, quanquam *longum est* desiderat *commorantibus.* Alter, nisi forte emendandus sit, Nominativum multo verborum ambitu explanandum continet, nam 11, 1, 53 *Age, si de morte filii sui* etc. *dicendum patri fuerit, aut in narrando gratiam illam expositionis, quae continget ex sermone puro atque dilucido quaeret, breviter ordinem eri protulisse contentus; aut* etc.? aliter explicari non potest, quam ut *contentus* positum existimes pro *dum contentus esse debebat*, id quod probationem quidem adhuc desiderat; nec sufficiet, si laudavero

9, 3, 19 ***Plus enim quam satis est***, quo loco, monente Zumptio, simplex verbum *est* sensum fere habet eum, quasi dixerit auctor *esse debet.*

b) Species quaedam hujus breviter comprehensae constructionis est, quae Synesis vocatur, ubi ex ceteris mente repetitur aliquod simile vocabulum vel idem significans sed Genere aut Numero diversum, ut 9, 2, 79 ***non solum, si persona obstaret rectae orationi, quo in genere saepius figuris opus est, decurrebant ad schemata, sed faciebant illis locum etiam, ubi inutiles ac nefariae essent*** (intellige *figurae).* v. Not. et Gesnerum. 9, 3, 2. 3 ***Esset enim orationis schema vitium, si non peteretur, sed accideret. — Ideoque cum sit a simplici rectoque genere loquendi deflexa*** (sc. ***figura***), ***virtus est. — Una tamen in re maxime utilis. —*** §. 4. ***Qua si quis — utetur*** etc. Porro 10, 1, 28 ***genus ostentationi comparatum*** etc. dicitur poësis, ac deinde continuatur §. 29. ***quod alligata*** (sc. ***poesis***) ***ad certam pedum necessitatem non semper uti propriis possit, sed depulsa recta via*** etc. v. Not. Pariter intelligitur ***poësis:*** 10, 1, 65 ***nescio an ulla, post Homerum tamen, — similior sit oratoribus***, quamvis modo auctor de antiqua comoedia disputavit. Jam 8, 6, 37 ***μετάληψις, id est transumptio, quae ex alio tropo in alium velut viam praestat: et rarissimus, et maxime improprius, Graecis tamen frequentior*** (sc. ***tropus***), quomodo scripturam hujus locis Zumptius ex optimis Codicibus restituit. Incertum quo referatur ***eorum***, ac fere i. q. ***ejusmodi*** est 9, 3, 69. ***quod etiam in jocis frigidum, equidem tradi inter praecepta miror: eorumque exempla vitandi potius***

gratia — pono. v. Not. Denique Numerus mutatur: 5, 10, 51 *Facultati autem licet instrumentum conjungere; sunt enim* (sc. *instrumenta*) *in parte facultatis et copiae.* 1, 2, 28 *vascula oris angusti superfusam humoris copiam respuunt, sensim autem influentibus vel etiam instillatis* (sc. *humoribus*) *complentur.* Praeter haec, qui huc pertinere poterat locus 1, 10, 6 *Nisi forte antidotos — ex multis atque interim contrariis quoque inter se effectibus componi videmus, quorum ex diversis fit una illa mixtura, quae nulli earum similis est, quibus constat* leni a Zumptio proposita emendatione *eorum* sanandus videtur. v. Not. et Suppl.

c) Tertia hujus generis species est Ellipsis, ubi una aliqua vox omissa facile intelligitur, ut *res* 6, 1, 4 *illa vero jucundissima, si contingat aliquod ex adversario ducere argumentum.* Cf. Zumptium ad Cic. Verr. IV, 23, 51 *Illa vero optima, quod, cum Haluntium venisset — ipse in oppidum noluit accedere.* Aut *me:* 12, Pr. 1 *pudor omittendi, quae promiseram, tenuit.* Hoc imprimis accidit Verbis quibusdam frequenter in dicendo adhibitis, et maxime quidem Praesenti Verbi *Esse* (v. Lex.), sed raro etiam aliis ejusdem Temporibus, ut 12, 11, 27 *neque post Lucretium ac Macrum Virgilius, nec post Crassum et Hortensium Cicero, sed ne illi quidem* (sc. *fuissent), qui post eos fuerunt.* Proximum huic est, quum omittitur *fit:* 9, 3, 19 *Nam de altera figura, quae detractione (*sc. *fit), pluribus adjiciendum est.* 7, 3, 27 *addictus, recepta libertate, ingenuus* (sc. *fit), servus invito domino non consequetur;* editiones post Aldinam ac fortasse Ambrosianus I, qui

tacetur, adjiciunt *libertatem*, ceteroquin de fide verbi, teste Zumptio, parum constat. Verba dicendi omittuntur: 6, 3, 90 *Tertium illud Cicero adversus Curium* (sc. *dixit*). 2, 21, 15 *de quibus (causis) ergo dicet? de quibus didicit* (sc. *dicere*). Deinde Codicum scripturam levi Ellipsi tueberis: 11, 1, 73 *Dixit Cicero pro Gabinio et P. Vatinio, inimicissimis antea sibi hominibus, et in quos orationes etiam scripserat, verum et justa sic faciendo: non se de ingenii fama sed de fide esse sollicitum;* intellige enim post *faciendo: „cum fateretur* aut *diceret*,“ nec desiderabis conjecturas *verum causa justa fit fatendo* aut *verum excusat se fatendo.* Similis quaedam ellipsis erit 12, 2, 28. *Haec sunt, quibus mens pariter atque oratio insurgant: quae vere bona, quid mitiget metus, coerceat cupiditates, eximat nos opinionibus vulgi, animumque coelestem*, cui loco satisfactum mihi videtur, si post *insurgant* intelligimus *docendo* (v. Not.). Desideratur *egit* 11, 3, 178. *illud minus mirum, quod alter (actor comoediarum) deos, et juvenes et bonos patres* etc. *optime, alter acres senes, callidos servos, parasitos, lenones et omnia agitatiora melius.* Cumulum quendam Ellipsium habet 10, 1, 37. 38 *Credo exacturos plerosque, cum tantum esse utilitatis in legendo judicemus, ut id quoque adjungamus operi, qui sint* (sc. *legendi*), *quae in quoque auctore praecipua virtus* (sc. *sit*). *Sed persequi singulos infiniti fuerit operis. Quippe cum in Bruto M. Tullius tot milibus versuum de Romanis tantum oratoribus loquatur, — quis erit modus, si et illos, et qui postea fuerunt, et Graecos omnes, et philosophos?* sc. *persequi velim*, quae verba edi-

tiones inde a Basileensi adjiciunt. Praeter haec quaere alias Ellipses et Aposiopeses in Lexico sub Aliquis. Quidam. Sed I extr. et II. Si VI, *α*, a. Sum, Unde.

III. *DE FIGURA, QUAM DICUNT* *ἓν διὰ δυοῖν.*

Admodum pauca vestigia hujus figurae alioqui frequentis apud Romanos scriptores deprehendes apud Quintilianum, non enim alia nec illa quidem indubitata hujus generis exempla reperire mihi contigit, quam: 1, 10, 7 *muta animalia mellis illum inimitabilem — saporem vario florum ac sucorum genere perficiunt;* transfer *florum ac sucorum* „Blüthensäfte," neque enim apes ex sucis et floribus sed ex sucis florum mel conficiunt. Deinde 12, 6, 3 Buttmannus et post eum editores ex Davisii conjectura dederunt: *dum et veniae spes est, et paratus favor* etc., quanquam omnes libri *venia et spes* exhibent, id quod per Hendiadyn idem valet, ac Davisii vult conjectura, neque emendatione erat expellendum. v. Not. crit. Denique *repetamus autem et tractemus* malim cum Frotschero explicare per eandem figuram *repetendo tractemus*, quam cum Augustio, etsi ne hoc quidem omnino displicet, particulam *re* mente ad *tractemus* quoque referre, ut *prae* Cic. de Div. I, 1 *praesensio et scientia.*

IV. *DE COLLOCATIONE VERBORUM.*

Amat aetas argentea omnio affectatum quendam colorem dicendi, quem varianda structura

******

et collocatione verborum paecipue efficere studet. A priore quidem hoc genere satis integer servatur sermo Quintiliani, nisi quod 3, 8, 9 legitur: *in bello Jugurthino et Catilinae*, omnibus Codicibus assentientibus, ubi tamen Spaldingius ex editionibus, quae Badianam secutae sunt, *Catilinario* recepit. At in verborum collocatione admodum delectatur Noster variatione quadam, praecipue in paribus componendis, ut 1, 1, 1 *et faciles in excogitando, et ad discendum promptos.* 1, 3, 5 *stat profectus, admiratio decrescit.* 4, 1, 48 *promittendo nostras probationes, et adversas eludendo.* 8, 3, 18 *quod alibi magnificum, tumidum alibi.* 8, 5, 9 *Homerus poeta, urbs Roma.* 11, 1, 76 *poenitentiae confessio et satisfactio culpae;* atque uno vocabulo bis posito: 3, 6, 40 *tanquam de praeterito tantum et tantum de facto quereretur.* 9, 4, 42 *cadentia similiter et similiter desinentia:* vel tribus paribus positis: 10, 1, 97 *gravitate sententiarum, verborum pondere, auctoritate personarum.* 2, 4, 22 *adulter caecus, aleator pauper, petulans senex.* Verum etiam ubi trina verba junguntur, ut 4, 1, 13 *multum agit sexus, aetas, condicio in feminis, senibus, pupillis,* liberos, parentes, conjuges *allegantibus.*

Sed hoc elegans videatur nec raro adhibetur, quum taedium in enumerando et languidos sonos saepe evitet; at in vitiorum numero potius habeam perplexam illam et arcessitam verborum turbam magis quam ordinem, quum intellectum legentium impediat, non adjuvet, id quod debebat colloca-

tio ornata atque elegans, qualia sunt 9, 3, 42 *crebrioribus mutata declinationibus iteratione verborum.* 10, 1, 41 *qui ne minima quidem alicujus certe fiducia partis memoriam posteritatis speraverit*, atque ibidem paulo post: *citius nos dimittet, quam ut ejus nobis magno temporis detrimento constet experimentum.*

Adjungatur his exemplis, quod *ὕστερον πρότερον* vocari solet: 2, 16, 16 *educare foetus et excludere* (de avibus), cui simile dicit Spaldingius frequens illud Homericum *ἵνα δ' ἔτραφεν ἠδ' ἐγένοντο* (v. Not.); atque affectata et poetis fere usitata appositi translatio, Hypallagen dicunt, 4, 5, 6 *scrupulose in partes secta divisionis diligentia* pro *sectae divisionis*, quum proprie *divisio* non *diligentia* in partes secetur; cf. Cic. Phil. I, 2 *jus legationis liberum.* Similis inversio est 1, 8, 1 *quid quoque flexu, quid lentius, celerius, concitatius, lenius dicendum,* quum recta dicendi ratio expostulet *quo quidque flexu*, quod tamen contra consensum Codicum recipere audacius mihi videtur (v. Not. et S.). In Nominibus propriis scribendis observabis illam mutatam sub Caesaribus rationem, ut nomen gentile, quasi jam deterioris notae factum, posteriorem occupet locum, quare scribitur: *Pollio Asinius* 6, 3, 110. 8, 1, 3. *Censorii Catonis* 9, 4, 39. 12, 1, 35. *M. Censorius Cato* 12, 11, 23. *Afer Domitius* 6, 3, 42. *Galli Sulpicii* 2, 15, 7. *Longus Sulpicius* 6, 3, 32. *Pictorem Fabium* 1, 6, 12.

V. *DE VITIIS SERMONIS QUINTILIANI.*

Jam restat, ut de iis disseram, quae, ut Quintiliani ipsius verbis utar, non tam imitandi quam vitandi causa afferuntur, ne ea quoque non cernantur, quae tollere velles, quaeque exciderunt scriptori alioqui subtili et diligenti, expoliendaeque et ornandae orationis studiosissimo. Constant haec vitia diversi generis aut periodis perplexis ac confusis, vel mutatis et imperfectis, aut verbis iisdem vel similibus brevi intervallo repetitis, aut oratione negligenter composita maleque sonanti.

1) Primum igitur nimis implicitae ac perplexae periodi sunt hae: 12, 10, 48 *Ceterum hoc, quod vulgo sententias vocamus, quod veteribus praecipueque Graecis in usu non fuit, dum rem contineant, et copia non redundent, et ad victoriam spectent* (i. e. *sententiae*), *quis utile neget.* — 10, 5, 1 *Proximum est, ut dicamus, quae praecipue scribenda sint. Hoc exuberantis quidem est operis, ut explicemus, quae sint materiae: quae prima aut secunda aut deinceps tractanda sint: nam id factum est etiam primo libro, quo puerorum, et secundo, quo robustiorum studiis ordinem dedimus: sed, de quo nunc agitur, unde copia ac facilitas maxime veniat.* Cf. Herzogii Translationem libri X. p. 175. Denique 6, 4, 14 *Nonnunquam tamen solet hoc quoque esse artis genus, ut quaedam in actione dissimulata subito in altercando proferantur, inopinatis eruptionibus aut incursioni ex insidiis factae simillimum,* quomodo Gernhardus proxime Co-

dicibus hunc corruptissimum locum restituit, ita ut *simillimum* ad *hoc genus* referretur.

Alterum est genus periodorum confusarum ad modum figurae, quae Synchysis dicitur, ut 11, 1, 48 *hoc adhuc adjiciendum, aliquas, quae sunt egregiae dicendi virtutes, quo minus deceant, effici condicione causarum*, quae ita proprie disponenda erant: *effici condicione causarum, quo minus aliquae — deceant.* — 12, 2, 2 *virtutem vero, qua nihil homini, quo ad deos immortales propius accederet, datum est, obviam et illaboratam tantum habeamus?* ubi ad normam grammaticam desiderabis *quam qua.*

Tertium est Anacoluthon, quod genus perraro Quintiliano excidit, ut 12, 3, 11. 12 *Quorum alii se ad album ac rubricas transtulerunt* etc. —: *alii pigritiae arrogantioris, qui — paulum aliquid sederunt in scholis philosophantium, ut deinde — captarent auctoritatem contemtu ceterorum;* nam *qui* pervertit ac dissolvit constructionis consequentiam. Et 12, 10, 33 *quia ultima syllaba nec acuta unquam excitatur, nec flexa circumducitur, sed in gravem, vel duas graves cadit semper,* ubi sequens pars ita dicitur, quasi in priore contineatur *vox*, quod igitur post *sed* audiendum erit.

2. Negligentem ac molestam saepe repetitionem verborum aut ejusdem originis aut etiam eorundem jam Spaldingius pluribus locis conquestus est, cujus negligentiae exempla generatim hic componemus. Levissimum erit, quum ejusdem originis vocabulum repetitur, ut 6, 4, 5 *Nec immerito quidam, quanquam in dicendo mediocres, hac altercandi praestantia meruerunt nomen pa-*

tronorum. 9, 4, 16 *Itaque ut confiteor —: ita — puto.* 10, 2, 10 *discrimine aliquo discernantur.* 11, 2, 21 *imagines notae sunt, quibus ea, quae ediscenda sunt, notamus.* 12, 2, 3 *qui aequi bonique tractatum, qui leges* etc. *nonnunquam eruditiore aliquo sermone tractarit.* Gravius, quum idem verbum brevi intervallo bis terve occurrit, qualia sunt: 2, 8, 4 *ita praeceptorem eloquentiae — ita se commodaturum singulis.* 1, 4, 14 *Et haec ipsa S litera, ab his nominibus exclusa, in quibusdam ipsa alteri successit.* 9, 3, 72 *ut aliquis sensus vehemens et acer venustatem aliquam accipiat.* 9, 4, 125 *Modus ei a Cicerone aut quattuor senariis versibus, aut ipsius spiritus modo terminatus.* 10, 7, 23 *Hoc dum egredimur e portu, si nos nondum aptatis satis armamentis aget ventus: deinde paulatim simul euntes aptabimus vela.* 4, 2, 35 *et modus ubique custodiendus et credibilia esse omnia oportet, quae dicuntur. Maxime tamen haec in ea parte custodienda sunt, quae* etc. Imprimis hoc modo peccavit Noster in transitibus, ut 10, 1, 23 *Quin etiam, si minus pares videbuntur, aliquae tamen (causae) — requirentur, ut* etc. *Quin etiam easdem causas ut quisque egerit, utile erit scire.* 10, 1, 9 *Omnibus enim fere verbis, praeter pauca, quae sunt parum verecunda, in oratione locus est. Nam scriptores quidem iamborum veterisque comoediae etiam in illis saepe laudantur —. nam et humilibus et vulgaribus interim opus* etc. Cf. 7, 4, 23 — 25, ubi quater *Nam* 10, 2, 10 — 12, ubi ter *Adde quod.* 12, 1, 35. 36. 12, 3, 9. 10, ubi bis

Verum et deinceps sententias introducit. Molestissima vero harum repetitionum est 7, 2, 55 *Neque haec nego esse dicenda, et ipsis utendum pro parte suscepta. Nam et in foro, si quando adversarius probare non poterit, desiderabo. Sed in foro tantam illam facilitatem olim desideravimus, ubi non fere causa agitur, ut non aliquid ex his aut plura ponantur.* Succurrit molestiae hujus loci Spaldingius reponendo *desiderabimus*, sed pluribus incommodis totus laborat, et bis repetitis iisdem verbis *in foro* et *desiderare*, et mutata persona *desiderabo* ac *desideravimus*, et omnino intellectus difficultate, ut equidem fatear, me, omissa tota sententia *Sed in foro tantam illam facilitatem olim desideravimus*, aut certe per interpositionem sive parenthetice accepta, nihil aliud desideraturum.

Gravissimum tamen est, quum paulo post idem verbum diversa significatione ponitur, ut 9, 3, 7 *Quod mirum minus est, quod in natura verborum est, et quae facimus patiendi modo saepe dicere.* 7, 1, 10. 11 *quia et initio movendus sit judex, et summo impellendus. At pro reo plerumque gravissimum quidque primum movendum est.* 3, 10, 4 *cui similis erit petitionum* (i. e. accusationum) *invicem diversarum* (sc. *causa*) —. *Cui et petitionum* (i. e. praemii flagitationum) *condicio par est.* v. Not.

3. Ad ultimum reliquum est, ut etiam ea recenseamus, quae aures nostras quidem offenderunt concursu aequaliter sonantium vocabulorum, quorum exempla haec indagavimus et composuimus, ne nihil in elegantissimo aetatis suae scriptore et diligentissimo praeceptore eloquentiae

praetermitteretur, quod memorandum aut notandum esset. Proinde notanda sunt: 11, 2, 29 *aut si erit tardus ad hoc quoque, eo adhuc remedio utatur* Z. 10, 1, 45 *omissos forte aliquos, quos ipse valde probet*, leve quidem, sed tamen fortasse eximendum omisso *aliquos*, quum in optimis Codicibus *quos* non legatur, et saepissime suspectum sit illud *ali.* Deinde 1, 4, 12 *qui quia a pennis duabus hoc esse nomen existimant* v. Not. 5, 9, 15 *ea quoque, quae, quia plerumque observata sunt, vulgo signa creduntur.* 9, 4, 97 *Spondeus — moram semper per se habet.* v. Not. crit. 11, 3, 4 *ut nos infinito magis eadem illa audita quam lecta delectent.* ib. 9 *profecto perfectum quiddam fieri.* 3, 6, 100 *finge solum natum nothum.* 2, 8, 5 *adjuta cura natura.* 11, 3, 11 *nisi ubi natura cura juvetur.* v. Not. cf. 1, 1, 2 *non naturam defecisse, sed curam;* sed talem allitterationem amare sermonem Latinum copiose et egregie nuper A. F. Naekius in Museo Rhenano III, 3. docuit, praesertim si diversitate quantitatis syllabarum mollitur. Porro 12, 9, 13 *quae fortia, dum dicuntur, videbantur, stulta, cum laeserunt, vocantur.* Denique 1, 3, 5 *quae summo solo sparsa sunt semina.*

Haec attuli, ut proprietatem Fabiani dicendi generis ab omni parte explicarem, quum composuissem, ubi a simplici et trita grammatica ratione discedere Quintiliano placuisset, non quasi carpere ego vellem et castigare eruditissimi et diligentissimi Latini scriptoris sermonem.

A

A litera. A brevis 9, 4, 86. ne in A quidem et S literas masculina Graeca nomina recto casu exire 1, 5, 61. ai (*in prima declinatione*) 1, 7, 18. A *cum* E *permutatum ib.* 23.

Ab. (A.) I) *initium indicat, unde aliquid proficiscitur: α) de loco:* quattuor ventos a totidem mundi cardinibus flare (*Codd. om.* a) 12, 10, 6 *N. cr.* praeclaras contubernales ab omnibus spondis transversas incubare *Coel.* 4, 2, 123. hoc quisquam spectabit a (*Sp.* e) tecto? 8, 5, 24; manus per singulos a minimo collecta digitos 11, 3, 100. rejicere togam a sinistro *ib.* 144 *N.* sinum in dextrum humerum ab imo rejicere *ib.* 146; *omiss. ante terrarum appellationes barbarismus est per detractionem:* Aegypto veni 1, 5, 38; *interdum, ubi aliquid est:* a fonte tenuis 2, 1, 4. a laeva judicis sedenti 11, 1, 135. *β) de parte:* et a toto et a partibus 8, 6, 13; *imprimis in agendo:* a partibus ejus, qui causam dicit 7, 4, 3. a parte accusantis defensio est *ib.* 38; *ubi frequenter in significationem praepositionis* p r o *abire videtur:* quae *a* (*sic Amb.* 1; *Sp. om.*) nostro dicuntur animo — item quod *a* defunctis — itemque a b eo, cui idem expediet, — a b adversario quoque 4, 2, 93 *N.* et *S.* accidit aliquando alteri et saepius ab actore *ib.* 6 *N.* id a petitore semper fieri potest, a defensore non semper *ib.* 132. a petitore quomodo ex quaestionibus ducemus sententias 4, 1, 24 *N.* narrationes et contradictiones solvere tam ab actore quam a possessore 7, 1, 38. *γ) omnino de personis:* inventa ab inventore significat 8, 6, 23. qui sunt ab Isocrate 4, 2, 31 *N*; si quis circa monumentum multum agri ab heredibus in tutelam cinerum leget 7, 9, 5. *δ) de tempore:* ab initio 10, 3, 18. 11, 2, 20. a principiis 1, 1, 1. ab infantia Pr. 5. jam a tenero 1, 2, 18. ab ipsis dicendi incunabulis Pr. 6, ut *a* sublatione a d positionem idem spatii sit 9, 4, 48. a b exordio usque a d ultimam vocem 11, 1, 54. *ε) de omni rerum ordine:* jam paene ab initio narrationis 11, 3, 144. *a* narrationibus s t a t i m et laudandi vituperandique opusculis cura ejus desideratur 2, 1, 8 *N. cf.* 6, 4, 14. ultimum retrorsum, quod idem a capite primum est 7, 1, 25. syllaba ab extrema tertia I, 5, 30. qui secundus a finitione status est 7, 10, 1; *itaque saepius i. q.* p o s t: quaedam *a* primis s t a t i m positionibus tota mutentur, ut Juppiter 1, 6, 25. non utique ab hoc initio continuare operam 12, 6, 6. ne ab illa umbra vera discrimina reformident 10, 5, 17. nec semper a contentione condere licet vocem 11, 3, 22. *ζ) cum omnibus denique removendi vocabulis conjungitur, ut:* a rationali ad rationale (*translatio*) 7, 3, 31. a vulgari specie mutatio 9, 1, 11; a b ipsa actione atque a b imitatione rerum non abhorrentia verba 8, 4, 43. abesse a Musis atque (*Sp.* a) Gratiis 1, 10, 21 *Z.* (*de*

omissa in posteriore parte praepos. cf. neque emendari ab alio quam ipso, fas est 11, 1, 77. et *a* summis Graeciae viris atque (*Sp.* et ab) ipso etiam Socrate probatus 1, 11, 17.

II) *Originem et causam efficientem indicat:* quod genus (*argumentationis*) a causis vocant 5, 10, 80 *N.* adjicit Theophrastus ab oratione principium 4, 1, 32 *N.* a pinna fit bipennis 1, 4, 12. quo ab ipso (*a. l.* ex quo i.) mentis habitu manifestum sit (*Z. conjic.* et, quo ipsorum m. habitus manifestus s.) 11, 1, 29 *S.*; an ab reo fustibus vapulasset 9, 2, 12. (*huc pertinent omnes loci, ubi ab cum passivis verborum jungitur.*) — *Cum Graecorum verborum Dativo jungitur:* a parte negotiali, hoc est, πραγματικῇ (*a. l.* -κῆς) 3, 7, 1. — *In compositione:* frequenter praepositiones quoque copulatio ista corrumpit: inde abstulit, aufugit, amisit; cum praepositio sit ab sola 1, 5, 69. *cf.* 12, 10, 32.

Abalieno. abalienata morbis membra 8, 3, 75.

Abdicatio. abdicatio actio non est 3, 6, 77. abdicationis causae 7, 4, 24. in judicio abdicationis *ib.* 10. ex lege abd. 7, 1, 15. poenam abd. 9, 2, 88. abdicationum formae sunt duae 7, 4, 27.

Abdico. *α*) abdicans pater 11, 1, 59. filius abdicantis 4, 2, 95. abdicandi jus 3, 6, 77. *β*) qui ex duobus legitimis alterum in adoptionem dederat, alterum abdicaverat 3, 6, 97. minus dicto audientem filium liceat abdicare 7, 1, 14. pater ex meretrice natum abdicat 11, 1, 82. abdicatur aliquis, quod invito patre militarit, honores petierit, uxorem duxerit 7, 4, 4. quos (*sic de conj. Burm.*, *Sp.* quot) et quibus causis abdicare non liceat *ib.* 26. non abdicabis adoptatum — non virum fortem 7, 1, 21. *γ*) *Partic.:* abdicatus ter juvenis 4, 2, 95. abd. medicinae studuit 7, 2, 17. abd. ne quid de bonis patris capiat 3, 6, 96 *seqq.* abd. — revocari mavult 9, 2, 89. quae in scholis abdicatorum, haec in foro exheredatorum a parentibus ratio est 7, 4, 11.

Abduco. I) a faucibus ac summo pectore abducere (*togam*) 11, 3, 145. tanquam eum, qui sit rhetori tradendus, abducendum protinus a Grammaticis putem 2, 1, 12. II) *transl.* aversio, quae a proposita quaestione abducit audientem 9, 2, 39. ubi ab ipsa veri contemplatione abducenda mens 6, 2, 5. ne ab utilitate causae eum praesentis cupido laudis abducat 12, 9, 1.

Abeo. I) legati — retro domum abierunt *Liv.* 8, 3, 53 *N.* abiit in exilium 7, 1, 42. abeuntis exercitus species 2, 17, 19; abit omnis et pallore frigescit (*sanguis*) 11, 3, 78; soloecismus — si plures a se dimittens ita loquatur Abi 1, 5, 36. II) *transl.* abierit omnis vis, jucunditas, decor 9, 4, 14. abit causa in laudes Cn. Pompeji 9, 2, 55.

Abhorreo. *α*) a vulgari genere dicendi, atque a consuetudine communis sensus abhorrere 8, Pr. 25. a fide non abh. 9, 2, 30. *β*) athletarum corpora — ab illa specie, quae sit hominibus concessa, abh. 12, 10, 41. ab ipsa actione atque ab imitatione rerum non abhorrentia (*verba*) 8, 4, 43. quae adjecta fuerint, non multum ab his abhorrebunt 5, 12, 1. cum haec ratio sententiarum — non procul a ratione jocandi abhorreat 9, 2, 78.

Abiegnus. ab. trabes 5, 10, 84.

Abies. prosa — non recipiet — abietem pro tabellis 8, 6, 20.

Abjectio. (*fig.*, *opp.* additio) 9, 3, 18.

Abjicio. I) non statim, si quid obstrepet, abjiciendi codices erunt 10, 3, 28. (*Romulus*) abjectus in profluentem 3, 7, 5. II) pudor fran-

git animum et abjicit 1, 3, 16 *Z. Partic.* humiles abjectique 4, 1, 14. abjectos aut summittentes se 11, 1, 16. sententiae — magis eminent, cum omnia circa illas sordida et abjecta sunt 2, 12, 7. abjectissimus quisque animus 11, 1, 13.

Ablativus. *casus* 1, 4, 26 *N.* 1, 7, 3. quem illi (*Graeci*) non habent 1, 5, 59. inest naturalis amphibolia 7, 9, 10. *v.* Accusativus. ablativo casu (*om. in*) *ib.* 13.

Abnego. abnegatam ei pecuniae partem 11, 2, 11.

Abnuo. nec abnuerim tegulae regulaeque rationem 1, 6, 33. nec abnuerim esse aliquid in delectatione 5, 8, 3. nec abnuo esse ista in hac parte, sed non concedo, ut etc. 6, 2, 11.

Aboleo. aboletur lex 1, 5, 29. abolita retinere 1, 6, 20.

Abolitio. sub pacto abolitionis (*i. q. oblivionis*) 9, 2, 97 *N.*

Abominor. abominamur manibus 11, 3, 86. — aversis in sinistrum palmis *ib.* 114. abominari (*in oratione*) 4, 1, 33. *v.* Opto; *Partic. Fut.*: abominanda crimina 9, 2, 80. scelus ab. 8, 6, 40. abominanda tamen erat haec infelicitas 8, Pr. 27. procul abominanda negotiatio (*quorundam*) 12, 7, 11. abominanda sunt vitia 12, 5, 1. cui illam faciem invisam atque abominandam esse oportebat 8, 4, 22.

Abortus. pro abortu pecuniam accepisse 8, 4, 11.

Abripio. si tempestate abreptus fuerit (*Fut. exact.*) 2, 17, 24.

Abrogo. si diversum jus esset, alterum altero abrogaretur 7, 7, 2. abrogata retinere 1, 6, 20.

Abrumpo. abrupta esse (*studia*) 6, Pr. 14. membrum est sensus — a toto corpore abruptus 9, 4, 123. abrupta principia 3, 8, 58. — initia *ib.* 68. abruptum sermonis genus 4, 2, 45. abrupto sermone 4, 3, 13; *Partic. de quod. dicendi genere:* abrupta quaedam, ut forte ad manum venere 2, 11, 6. abrupta non sublimia 12, 10, 80. fortia et abrupta 10, 2, 19. Non durum sit neque abruptum, quo animi velut — reficiuntur 9, 4, 62.

Abrupte. abr. incipere 3, 8, 6. abr. cadere in narrationem *opp.* obscure transcendere 4, 1, 79.

Abscido. (*vox*) absciditur (*a. l.* abscind.) per ἀποσιώπησιν 8, 3, 85. cum haec exercitatio — sibi magnam partem sermonis absciderit 8, 3, 23; *Partic.*: abscisurum (*a. l.* abscissurum) 12, 1, 20 *N. cr.* in voce aut omnino suppressa, aut etiam abscisa 8, 3, 85. cur alia (*spatia*) paucioribus verbis satis plena vel nimium, alia pluribus brevia et abscisa sunt 9, 4, 118. (*utroq. loco a. l.* abscissa *N. cr.*)

Absentia. custodum 4, 2, 70. pro diffidentia premitur absentia (*testimoniorum*) 5, 7, 1.

Absinthium. ne parum hic liber mellis et absinthii multum habere videatur 3, 1, 5. absinthia tetra. *Lucret. ib.* 4.

Absolutio. nihil magis profuturum ad absolutionem Socrati fuisse 11, 1, 9. domestica disceptatio, in qua et semel peccasse *etc.* absolutioni sufficit 7, 4, 31.

Absolvo. I) *sensu forensi: quibus fiat rebus*, ut absolvatur reus 7, 1, 32. ter abdicatus et absolutus juvenis 4, 2, 95. recte absolutus 3, 5, 11. II) *i. q. perfectus:* quo sit absolutius os, et expressior sermo 1, 1, 37. non omnibus oratoris numeris absolutae (*meditationes*) 10, 1, 70. III) *sensu grammatico:* utimur et

comparativis pro absolutis (*i. e. positivis*) 9, 3, 10. IV) *sensu rhetorico:* defensio absoluta (*κατ' ἀντίληψιν Hermagoreorum*) 7, 4, 4.

Absonus. nihil absonum, nihil agreste *etc.* 6, 3, 107. absonam et ipsam *S.* 12, 10, 32.

Absque. absq. sententia (*fortasse in formula*) 7, 2, 44.

Abstemius. — quia ex abstinentia temeti composita vox est, primae relinquet (*literam S.*) I, 7, 9.

Abstinentia. — temeti 1, 7, 9. — veneris 11, 3, 19. abstinentiam summam praestare 2, 2, 4. abstinentia febrem mitigare 2, 17, 9. si continentia virtus, utique et abst. 5, 10, 73. si abstin. virtus, et contin. *ib.* 89. An de justitia, fortitudine, abstinentia, temperantia, pietate non plurima dicet orator? 12, 2, 17.

Abstineo. se abstinere convicio 7, 2, 34. abstinens erit, qui id ipsum, quid sit abstinentia ignoret? 12, 2, 3.

Absum. abesse longe 6, 3, 28. 10, 1, 113. longissime 1, 11, 16, 8, 3, 47. procul 2, 3, 10. 8, 3, 64. 9, 2, 20. 12, 10, 12. multum 2, 5, 12. plurimum 1, 3, 2. 1, 11, 3. 11, 3, 89. I) *proprie:* qui aberat (*i. e. peregrinabatur*) 7, 1, 50. II) *transl.* α) *de iis quibus caremus:* abest pondus infantibus 1, 12, 10. judicium *ib.* 11. aberit audientibus securitas 2, 5, 13. Quid huic abest, nisi res et virtus? *Cic.* 6, 3, 84. paciscendi ille piraticus mos *etc.* etiam (*a. l. inser.* a) mediocriter improbis aberit 12, 7, 11. cum ea quae *a* nobis absunt — fatemur 9, 2, 49. β) *quae remota aut aliena sunt ab aliqua re,* a) *sive res:* si suspicio abfuerit 4, 1, 8. obscenitas non a verbis abesse debet, sed etiam a significatione 6, 3, 29. ex verbis, quae longissime ab obscenitate absunt 8, 3, 47. abesse ab eo culpam 11, 1, 64. b) *sive persona:* indoctos a Musis atque Gratiis abesse 1, 10, 21 *Z.* Apollodorus non multum ab hoc fine abest 2, 15, 12. nonne ab intellectu artis abfuerit? (*Fut. exact.*) 2, 13, 10. a nitore et jucunditate Ciceronis longe abest (*Asinius Pollio*) 10, 1, 113. An quisquam tam procul a concipiendis imaginibus rerum abest 8, 3, 64. ut absit ab ultimis vitiis ipse praeceptor 2, 2, 15. hos abesse ab eo, quem instituimus, quam longissime 1, 11, 16. c) *in rejiciendo et abominando:* id a me procul aberit 2, 3, 11. longeque absit propositum illud 6, 3, 28. absit poëtica observatio 9, 4, 95. bibere aut etiam esse inter agendum — ab oratore meo procul absit 11, 3, 136. *cf.* 12, 10, 12. d) *i. q. differo:* a quo schemate non procul abest illa, quae dicitur communicatio 9, 2, 20. probus ab illo segni et jacente plurimum aberit 1, 3, 2. *cf.* 1, 11, 3. qui procul absunt ab oratore 2, 15, 11. abesse plurimum a saltatore debet orator 11, 3, 89. *Partic.:* imagines rerum absentium repraesentantur animo 6, 2, 29. quod si in absentem diceretur 6, 3, 94.

Absumo. a quibus magna in hoc pars aetatis absumitur 12, 11, 15.

Absurdus. absurdum forsan videatur 1, 5, 16. quae cogitasse eos non sit absurdum 9, 2, 30. illa similia absurdis sunt acria, quae tanquam sine ratione dicta feruntur 6, 3, 99; abs. (*Sp.* subabs.) vox 11, 3, 32 *Z.*

Abundantia. se multa ex juvenili abundantia coërcuisse 12, 1, 20. inde acerbitas et abundantia (*Sp.* abunde) salis 10, 1, 94.

Abundanter. — dicere, *opp.* presse 8, 3, 40.

Abunde. ab. similes 10, 1, 25. — disertus narrator 11, 1, 36. — elatum spiritum 10, 1, 104. — dixit bene 12, 9, 7. — multos annos

12, 11, 13. — satis *ib.* 19. — lucis spatia sufficiunt 10, 3, 27. *v.* Abundantia.

Abundo. *α) de rebus:* schema, quod conjunctionibus abundat 9, 3, 50. in eloquendo pleraque — abundant dulcibus vitiis 10, 1, 29. *β) de personis:* abundabunt copia verborum 2, 7, 4. rerum copia Graeci auctores abundant 10, 5, 3. quibus (*copiis*) abundare, quasque in promtu habere debet orator 11, 2, 1. si abundabit (*reus testium*) numero *opp.* si deficietur 5, 7, 23; *sine Ablativo:* in illis plures excursus recipientibus magis abundabit (*dicens*) 10, 5, 12. [illa (*citata pronuntiatione*) transcurrimus, congerimus, abundamus, (*Z. om., quia in nonnullis libris deest*) festinamus 11, 3, 111 *N.*]; *Partic.* abundans opibus 11, 1, 21. — propinquis, amicis, clientibus 5, 10, 26. abundantior atque ultra quam oportet fusa materia 2, 4, 7. materia — ad graviter copioseque dicendum magis abundans 12, 2, 28. abund. super necessitatem oratio 9, 3, 46. (*in eloquendo*) tumida, exilia, praedulcia, abundantia, arcessita, exultantia 8, 3, 56. in dicendo quamlibet abundans rerum copia cumulum tantum habeat *etc.*, 7 Pr. 1. cumulus ex abundanti 8, 3, 88. addit ex abundanti 4, 5, 15 *N.* *cf.* 5, 6, 2. neque Attice pressi, neque Asiane sunt abundantes 12, 10, 18.

Abusio. — quae *κατάχρησις* dicitur 8, 2, 5. *cf.* 8, 6, 34. *seq.* Abusio est, ubi nomen defuit *opp.* translatio 8, 6, 35. per abusionem 3, 3, 9. 10, 1, 12.

Abusive. — servatur *παρῳδή* 9, 2, 35. ab. — vicinis uti 8, 6, 35.

Abutor. I) *in bonam partem:* hoc nomine recte abusus 5, 10, 6. [cum faciliore sim animo ejus (*judicis*) abusurus 4, 2, 112 *N.* (*meliorem lect. Amb.* 1. *praebet:* c. faciliorem sim animum ejus habiturus)] II) *in malam partem:* in quae probra — isto caedendi jure abutantur 1, 3, 17. diu abuteris patientia nostra 9, 2, 8.

Ac. *imprimis ponitur ante litteras d, t, s, v, f, p, j et b, m, n, quod innumera exempla probant; sed bis tantum ante c:* ac conclusio 5, 14, 31. ac consiliorum 10, 1, 87. [*In textu Sp. semel ante* g: eloquentiam ejus ac gratiam 4, 1, 11. *et totidem ante vocalem reperitur:* ac oratorem 12. 10, 77; *sed in oppt. Codd., illic* et gr., *hic* nec or. *praebetur. cf. Nott. critt. et S. Ceterum de hac conjunctione ante vocalem aut h non ponenda disputantem vid. Sp. ad* 5, 2, 3 *N. cr., itaque eam extirpavit, ubicumque paucorum librorum auctoritate intrusum invenit, ponendo:* hoc obtinendum *pro* ac obt. 10, 3, 9. atque opinione *pro* ac op. 10, 7, 24. (*cf. Frotscheri Exc. ad h. l.*) atque ex *pro* ac ex 12, 10, 18. aut utilis etiam *pro* ac ut. et. 4, 5, 22; *itaque Buttm. emendavit* atque haereat (*a. l.* aut haereat *a.* adhaereat) *pro* ac h. 12, 1, 39 *N. cr. et S.*] I) *Connectit α) bina verba;* a) *similia:* tristes ac jejuni 10, 2, 17. tenuitas ac jucunditas *ib.* 23. consummatus ac jam in foro clarus orator 10, 5, 14. alicui amicorum ac propinquorum 10, 7, 2. *etc.* quis non de justo, aequo ac bono loquitur? Pr. 16. (*cf. Z.* 2, 16, 16. 2, 20, 10. 5, 10, 53.): *itaque interdum explicationi servit:* Prima ac praecipua opinionum circa hoc differentia 2, 15, 1. ap. pulcherrimos ac prudentissimos durat 7, 10, 4. multa ex Graeco formata ac plurima a Sergio Flavio 8, 3, 33 *N.* vestrum jam hic factum deprehenditur, non meum: ac pulcherrimum quidem factum *Cic.* 9, 3, 40. b) *diversa:* verborum proprietas ac differentia Pr. 16. senes austeri ac mites 11, 3, 74. [honestorum ac (*Z.* et) turpium peritus 2, 20, 8. *cf.* 3, 3, 8. 3, 11, 12. et accusent aliqua ac (*Z.* atq.) defendant 3, 2, 4.]. *β) cum trina vel plura verba copulantur, alia conjunctione excipitur:* Palaemo ac Telamo

et Plato 1, 5, 60 *N. cr.* omnis structura ac dimensio et copulatio vocum 9, 4, 45. tumidum ac sui jactantem et ambitiosum 11, 1, 50. impetu quoque ac viribus et decore opus est 12, 2, 11. *v.* Et. II) *in transitu:* *α*) Ac nescio an utrumque — invicem prosit 10, 7, 29. Ac sic prope innumerabiles species reperiuntur 12, 10, 67. Ac sunt quidam 9, 4, 14. Ac primum concedant mihi omnes oportet 12, 1, 38 *etc.* Ac totum (*Sp.* actutum) παρέκβασις est — tractatio 4, 3, 14 *S.* *β*) *seq.* *si:* Ac si quis est 2, 2, 15. *cf.* 2, 4, 1 *S.* Ac si percenseas omnia 10, 2, 8 *etc.* *γ*) *seq.* *quidem:* Ac prima quidem illa partitio — consensum omnium meruit 5, 1 *init.* Ac de carminibus quidem neminem credo dubitare 10, 5, 4. Ac ne tam bona quidem ulla erit (*compositio*), ut debeat esse continua 9, 4, 142; III) *c. vi quadam adversativa:* Ac diu nonnisi optimus quisque legendus est 10, 1, 20. Ac ne quis inter se pugnare putet aequalitatem et varietatem; cum *etc.* 11, 3, 44. [*quo fit, ut interdum alii libri At pro Ac receperint, ut:* Ac de his prius 9, 4, 122. Ac mihi videtur *ib.* 134. Ac si necesse est, in alteram partem errare 10, 1, 26.] IV) *In comparando i. q. quam:* quanquam aliud dicit, ac sentit 9, 2, 45. ut contra ac dicat accipi — velit. *Cic.* 9, 1, 42. Mihi unum atque idem videtur bene dicere ac bene scribere 12, 10, 51. *v.* Perinde.

Accedo. I) *α*) *proprie ad aliquem locum:* Numquid ergo illuc accedo? 6, 3, 79 *N.* [ad quem (*portum*) navis accedere — non possit 10, 7, 1 *N. cr.*] *β*) *ad aliquam rem agendam:* ad agendum (*de litigatoribus*) 4, 1, 7. ad remp. administrandam 3, 5, 6. ad scribendum 10, 3, 15. C. Caesarem ad evertendam remp. sobrium accessisse *Cato* 8, 2, 9. II) *De similitudine:* *α*) *c. Praepos. ad:* qua (*virtute*) nihil hominibus, quo ad deos immortales propius accederent, datum est 12, 2, 2. summam illam, ad quam nemo propius accessit 12, 1, 20. ad veritatem Lysippum ac Praxitelen optime accessisse 12, 10, 9. mos in utramque partem disserendi ad exercitationem forensium causarum proxime accedat 12, 2, 25. *β*) *c. Dat.:* in sermone magis accedit oratorio generi (*Euripides*) 10, 1, 68. quem Homero crederet maxime accedere 10, 1, 86. Quodsi in alienis scriptis sola pronuntiatio ita falsis accedit affectibus (*i. e. eos aequat; a. l.* accendit *N. cr.*) 6, 2, 35. III) *i. q. assentior:* illis non accedo 9, 2, 24. *cf.* 4, 2, 83. 8, 3, 35. nisi forte accedimus iis 12, 2, 2. Celsus, videlicet Rutilio accedens 9, 2, 102. accedam in plerisque Ciceroni 9, 4, 2. neque enim accesserim Celso 9, 4, 132. *cf.* 3, 4, 16. Huic opinioni neque omnino accedo, neque plane dissentio 1, 5, 37. quorum nos sententiae accedimus 2, 15, 1. huic quoque parti facilius accedent, ut — putent 12, 11, 11. nisi ipsi rei accesserit, tacitus dissentiet 7, 3, 15. tacendum erit, et — plerumque studio loquendi fatue (*Sp. conjic.* fatui) modo accedendum (*Z. de conj.* accredendum) 6, 4, 8 *N. cr. et S.* IV) *adhibetur, quum aliquid alicui conjungitur vel adjicitur.* *α*) *c. Dat.* quibus accedit non mediocris utilitas 1, 8, 12. *cf.* 5, 2, 3. 5, 9, 10. 6, 3, 14. suasoriis accedere tertiam partem 8, Pr. 9. cum προσωποποιΐα accedit illa (*figura*) 9, 2, 37. videtur aliquid vacanti tempori ex eo, quod insequitur, accedere 9, 4, 93. accedit vis et proprietas rebus tali astipulatione 11, 3, 175. ut illud tempus, quod brevis ex longa accipit, huic quoque accederet 9, 4, 94. nova diligentiae causa et altior cura insuper mihi accessit 4, Pr. 1 *Z.* *β*) *simpliciter:* accedunt causae aut faciendi aut non faciendi 3, 8, 19. accesserunt probationes 4, 2, 75. accedunt aliquando fortuita 5, 10, 34. cum infelix illa verborum cavillatio accessit 10, 7, 14. accessit ratio divisionis 8 Pr. 12. unus accedit

(*liber*) Pr. 22. accedente motu 11, 3, 125. accedente verborum — facili copia 12, 5, 1. nondum enim tantum dicendi lumen accesserat (*Sp. conj.* accenderat *Buttm.* accensum erat *N.*) 12, 9, 5 sicut in cultu victuque aliquis citra reprehensionem nitor accessit 8, 5, 34; quae in ornamenta operis ejus accedunt (*i. e. pertinent*) 2, 3, 6. non utique accedit parti, quod universum est (*i. q. Graecum ἕπεται*) 12, 2, 18 *N.* accedit (*a. l.* accid.) et ex illa figura gratia (*i. e. consequitur*) 9, 3, 80. V) *connectendae igitur orationi inservit:* his accedat 3, 3, 8. his accedunt 11, 3, 121. his accedit, quod 2, 12, 6. Cui hoc quoque accedit, quod 8, 6, 58. Hoc (*a. l.* Huc) quoque accedit, quod (*a. l.* accidit) 8, 5, 30.

Accelero. in lectione quoque non properare ad continuandam eam vel accelerandam 1, 1, 31.

Accendo. I) apparet quam saepe accendatis (*sc. aram, de sacrificantibus; a. l.* accedatis *N. cr.*) 6, 3, 77. II) *i. q. incito:* hac (*causa*) accendebantur illi magis Pr. 2. accendunt omnia haec animos 1, 2, 22. exercitus Lacedaemoniorum musicis accensos modis 1, 10, 14. si ad fortiter faciendum accendatur aliquis 5, 11, 10. accendendi judicis plures sunt gradus 11, 3, 166.

Accentus. acc., quas Graeci προσῳδίας vocant 1, 5, 22 *v.* Tenor. accentus quoque cum rigore quodam, tum similitudine ipsa minus suaves habemus, (*quam Graeci*) 12, 10, 33.

Accepto. cum mercedes a discipulis acceptaverint 12, 7, 9.

Accessio. quorum accessio labori sensum incrementi non afferat 11, 2, 41.

Accessus. illis (*Graecis oratoribus*) facilis per quaelibet vada accessus 12, 10, 37.

Accido. I) *proprie de his, quae casu aliquo feruntur:* ubi vero quid exquisitius dictum accidit auribus imperitorum 12, 10, 75. II) *transl.* a) *de iis quae improviso fiunt.* α) *c. Dat.:* quod et innocentissimo possit accidere 5, 3. si quid nobis agentibus novi accidit 4, 3, 16. si quid nobis ipsis dicamus inexpectatum (*a. l.* — to) accidisse 9, 2, 24. eadem adversariis non accidere miramur *ib.* 33. quod accidit mihi, dum — contendo *etc.* 10, 1, 125. hoc solet incommodi accidere eis 10, 2, 23; *etiam sublata illa improvisi notione:* hoc omnibus nostris nominibus accidebat 1, 5, 60. *cf.* 5, 10, 30. 7, 9, 2. quod verbis etiam accidit 1, 6, 26. *cf.* 9, 3, 62. Quod genus (*causae*) accidere etiam veritati potest 3, 8, 58. id accidit aliquando utrique parti 4, 2, 5. illud nisi stultis non accidit 7, 3, 23. nec scripto modo id accidit 8, 3, 47. b) *sine Dat.:* id autem accidit, cum *etc.* 5, 9, 4. quod etiam accid., si *etc.* 3, 6, 95. quod frequentius accidere 6, 2, 10. quod accid. vel frequentissime 3, 10, 4. ut frequenter accidit 4, 1, 25. 8, 3, 14. nam et fere sic accidit 7, 4, 24. ut accidere interim solet 8, 4, 17. non idem accidet contra 8, 6, 3. quae si non accident, etiam simulanda erunt 12, 5, 4. id accid. pro condicione causarum 3, 6, 15; qui (*vocalium concursus*) cum accid. 9, 4, 33. scholastica materia, sed non, quae non possit accidere 11, 1, 82. siquidem innumerabiles accidunt (*a. l.* acced.) subitae necessitates agendi 10, 7, 2. esset orationis schema vitium, si non peteretur, sed accideret 9, 3, 2. accidit etiam nonnunquam eadem causa, de qua pronuntiarit, cognoscatque iterum (*a. l.* ut eandem causam — cognoscat it.) 11, 1, 77; per quot accidat species soloecismus 1, 5, 38. id accidere voce una *ib.* 37. quae ambiguitas plurimis modis accidit 7, 9, 3. c) *seq. ut:* ple-

rumque accidit, ut 2, 3, 8. accid. interim hoc quoque, ut 4, 1, 18 *cf.* 10, 7, 32. sed e contrario quoque acc., ut 10, 1, 18. acciditque his, ut 10, 1, 25.; *semel Infinit.:* an illi accidat, viro bono esse vel malo? 3, 6, 56. d) *jungitur cum Particulis causalibus:* hinc accidunt et oris plurima vitia 1, 1, 13. hinc accidit dubitatio *etc.* plus quam possunt audentibus *ib.* 32. hinc ergo accidit, ut 2, 1, 3. Quod quidam putant hōc accidisse, quod — nondum satis periti loquendi facultatem concupierint 12, 10, 16. accidit itaque, ut 10, 4, 3. causas, cur quidque eorum accidat, persequi 11, 3, 16. Unde accidit, ut 11, 2, 10. *cf.* 8, Pr. 3. quia tamen propter vocem accidunt vitia 11, 3, 56. propter quod accidit, ut 10, 5, 23. Ex confusis, quae vitia accidunt, suo loco diximus 8, 6, 67. accidit aliquando alteri, et saepius ab actore 4, 2, 6. *N.* e) *jungitur cum* in: quae accidunt in dicendo vitia 1, 5, 17. saepius in Graecis nominibus accidit *ib.* 24. *cf. ib.* 27. sicut in Graecis accidit adjectione ι literae 1, 7, 17. accid. paene in omni defensione 3, 6, 79. quod nunc in publicis judiciis non accid. 3, 10, 1. *cf. ib.* 2. quae in re praesenti accidisse credibile est 6, 2, 31. id in scholis accidere 7, 6, 1. in testamentis et illa accidunt, ut *ib.* 9. in personae fictione idem accidere 9, 3, 89. quod idem accidet in Demosthene 4, 1, 68; *etiam c. solo Ablat.:* id posse accidere voce una 1, 5, 37. *β*) *i. q. pertineo:* quia plurima huic (*verbo*) accidunt (*i. e. genus, tempora etc.*) 1, 5, 41. quid cuique homini, quid cuique rei soleat accidere 5, 10, 17. personis autem non, quidquid accidit, exequendum mihi est *ib.* 23. *cf. ib.* 29. proprium est, aut quod soli accidit, ut homini sermo, risus: aut quod utique accidit, sed non soli *ib.* 58. quae ei generi accidunt (*i. e. quae species subjectae sunt*) 5, 13, 19 *N.*; *Partic.* *accidens:* personae cum suis accidentibus 4, 2, 130. accidentia rerum 5, 10, 23. Theodorus, qui de eo An sit, et de accidentibus ei, quod esse constat, id est, περὶ οὐσίας καὶ συμβεβηκότων, existimat quaeri 3, 6, 36. contingit eadem claritas et ex accidentibus (*i. e. epithetis; a. l.* accedentibus) 8, 3, 70.

Accingo. accingimur ad vilem usum 1, 12, 16. id, ad quod (*mens*) accingitur 12, 1, 15.

Accipio. I) *proprie id, quod datur.* *α*) *de personis:* a) a quo accepisse mutuam (*i. e. pecuniam*) dicor 4, 4, 6. pòst acceptam hereditatem 6, 3, 97. cladis acceptae 9, 2, 62. aratrum accipere pignori 7, 8, 4. accipe hanc senilem manum *Senec.* 9, 2, 42. acceptae potionis epota parte 7, 2, 17. b) (*alterum genus auditorum*), quod consilium accipiat 3, 4, 6. accipimus benevolentiam a causis 4, 1, 6; *praecipue de iis, quae actori a litigatore traduntur:* probationes, quas extra dicendi rationem acciperet orator 5, 1, 1. communia ex praeceptis accepimus, propria invenienda sunt 5, 10, 103. *cf.* 5, 11, 43. has aut accepi species aut inveni frequentissimas 6, 3, 101. hic (*in causa*) dicitur de illis, quae accepimus, illic (*extra causam*), de quibus volumus 2, 11, 25. percepta semel imitandi ratione, assimulabit (*pictor*), quidquid acceperit 7. 10, 9. quae plerique, cum acceperunt, mutare nefas habent 12, 8, 6. accepta a musico, a fabro, sicut a litigatore, melius orator (*dicet*), quam ipse, qui docuerit 2, 21, 16. *β*) *de rebus:* a) cum infirmam verecundia cutem (*sanguis*) accepit, effunditur in ruborem 11, 3, 78. solum — quod plus, quam acceperit, seminis reddat 12, 10, 25. tibiae, eodem spiritu accepto, alium clausis alium apertis foraminibus sonum reddunt 11, 3, 20; quantum celeritatis accipit (*senarius comicus*) 9, 4, 140. Quorum nihil non rectum est, nisi cum aliquam ex his, de quibus locuti sumus, figuram accipit 9, 2,

103. interim, quae sunt in quoque praecipua, proprii locum accipiunt 8, 2, 11. eloquentia — sibi viam, si quando non acceperit, faciat 5, 14, 31. (*sententiae*) majorem vim accipiunt 8, 5, 6. urbes, etiam populi accip. vocem (*in dicendo*) 9, 2, 31; artes, quae operis consummatione finem accip. 2, 18, 2. nisi multo stilo vires acceperit (*eloquentia*) 10, 1, 2; *c. Praepos.*: illae fabellae — etiamsi originem non ab Aesopo acceperunt 5, 11, 19. et poësis ab Homero et Virgilio tantum fastigium accepit, et eloquentia a Dem. atque Cic. 12, 11, 26 *Z.* prius nomen a voce, sequens a gestu accipere 11, 3, 1. proxima stilo cogitatio est, quae et ipsa vires ab hoc accipit 10, 6, 1; caput — accipiat aptos ex ipsa actione motus 11, 3, 69. nomen ex eo acceperunt, quod *etc.* 8, 5, 3. *v.* Nomen. ut aliquis sensus — venustatem aliquam, non ex eod. verbo accipiat 9, 3, 72. b) *in verborum compositione:* ut Ad, cum esset conjunctio, *t* acciperet literam 1, 7, 5. *cf.* 21. 29. si (*verba*) infinitis *e* literam media syllaba acceperunt 1, 6, 7. cum vocalem proxima (*lit. F.*) accipit (*i. e. antecedit*) 12, 10, 29 *N.*; accipiet ante se choreum et pyrrhichium 9, 4, 104. inania quoque tempora rhythmi facilius accipient *ib.* 51. unum tempus (*syllaba*) accommodat priori, et unum accipit a sequente *ib.* 86. illud tempus, quod brevis ex longa accipit *ib.* 94.

II) *de iis, quae percipiuntur:* α) *auribus:* accipite nunc 4, 2, 50. satis diligenter accipere, quae tum audiet 12, 3, 3. emendationem auribus modo accipiunt 2, 6, 3. cum omnem sermonem auribus primum accipiamus 10, 1, 10. Non enim audire judex videtur aliena mala dellentes, sed sensum ac vocem auribus accipere miserorum (*a. l.* accire) 6, 1, 26. β) *cognitione, quae ab aliis tradita sunt:* a) sicut antiquitus traditum accepimus 7, 2, 8. *cf.* 1, 10, 12. narrationum tres accepimus species (*a. l.* accip. *cf. Sp. Praef. Vol.* I. p. LXXXII) 2, 4, 2. *cf.* 5, 10, 63. 12, 10, 67. Nirea imbellem a poëtis accepimus 3, 7, 19. malum virum (*Demosthenem*) accep. 12, 1, 14. Pythagoram accipimus (*Sp.* accep.) concitatos — juvenes — composuisse 1, 10, 32 *Z.* sic scripsisse Sallustium accep. 10, 3, 8. *cf.* 1, 11, 18. b) *i. q. disco:* hic meus (*discipulus*), quae tradentur, non difficulter accipiet 1, 3, 3. qui rationem inveniendi eloquendique a praeceptoribus acceperit 10, 5, 19. sociata tradentis accipientisque concordia 2, 9, 3. quae non aliquo tradente, sed meo experimento ac natura ipsa duce accepi 6, 2, 25. γ) *mente aut animo:* a) jam non sentientes formam orationis illam, quam mente penitus acceperint, exprimunt 2, 7, 3. *cf.* 2, 4, 15. ut, accepto genere, species intelligere non possint 8, 6, 13. ut res cito videantur accepisse 12, 8, 3. quo facilius accipiant juvenes nondum scholam ingressi 5, 10, 96. ut judex, quae dicuntur, facillime accipiat 4, 2, 36. *cf.* 7, 10, 12. per quandam suspicionem, quod non dicimus, accipi volumus 9, 2, 65. non ex eodem, sed ex diverso, vicinum accipitur, cum dicas 9, 3, 68. tacuit illud, quod nihilominus accipimus 8, 3, 85. *v.* Taceo. Potest autem satis diligenter accipere, quae tum audiet, cum ei dicenda sunt? 12, 3, 3. ut audio hoc, animus accipit, plenum sine hac (*geminatione*) non esse 9, 4, 119. ex antecedentibus et sequentibus trahenda esse argumenta, qui acceperit 5, 10, 102.

III) *ad sensum et judicium pertinet.* α) *i. q. admitto, probo:* (*judex*) accipiat actionem necne, ad eventum pertinet 3, 6, 73. ut judex ad rem accipiendam fiat conciliatior 4, 2, 24. id facillime accipiunt animi, quod agnoscunt 8, 3, 71. quod si accipimus, nihil arti relinquemus 3, 3, 12. β) *i. q. interpretor, explico.* a) *c. Adverb.:*

remotis omnibus, de quibus supra dixi, vitiis, erit illa, quae vocatur *ὀρθοέπεια*, id est, emendata cum vocum suavitate explanatio: nam sic accipi potest recta 1, 5, 33. *cf.* 2, 3, 10. 2, 21, 1. 4, 5, 17. dictis aliter accipiendis 6, 3, 24. aliter accipi opposita, aliter noxia *etc.* 5, 11, 31. *cf.* 1, 4, 28 *N. v.* Aliter. Ne hoc quidem simpliciter accipiendum 4, 2, 20 *N. cf.* 8, 2, 1. in judiciali materia dupliciter accipienda est (*quaestio*): altero modo — altero 3, 11, 2. *cf.* 5, 13, 1. verba generaliter accipi volo 1, 5, 1. *cf.* 12, 10, 67. generaliter et specialiter accipitur (*tempus*) 5, 10, 42. b) barbarismum pluribus modis accipimus 1, 5, 7. *cf.* 8, 3, 63. qua voce omnis intellectus accipi potest 8, 5, 12. postquam Urbis appellatione (*Sp.* -nem) — Romam accipi sit receptum 6, 3, 103 *Z.* hoc accipi volunt virum bonum 2, 21, 12. quod de matre dixi, de utroque parente accipiendum est 11, 1, 65. genus illud, quod — per allegoriam accipitur 5, 11, 21. c) *c. binis Accuss.*: vesperug, quod vesperuginem accipimus 1, 7, 12. *συλλογισμὸν*, quem accipimus ratiocinativum 3, 6, 46. numeros *ῥυθμοὺς* accipi volo 9, 4, 45. hanc (*commotionem*) accipi volunt temporarium animi motum 5, 10, 28. id enthymema accipi volo *ib.* 2. *cf.* 9, 1, 13. urbem Romam accipimus *etc.* 8, 2, 8. jocum accipimus, quod est contrarium serio 6, 3, 21. quid accipere debeamus figuram 9, 1, 10. *cf.* 9, 3, 37. d) *c. Praepos.* *pro:* Gurdos, quos pro stolidis accipit vulgus 1, 5, 57. vicinia, qua accipitur maledicus pro libero 2, 12, 4. ut pro vero accipiamus 2, 17, 6. *cf.* 9, 2, 33. salsum in consuetudine pro ridiculo tantum accipimus 6, 3, 18. an restitutor accipi debeat pro advocato — nec improbum sit, pro simili accipi, quod plus sit 7, 1, 61. in fine pro longa accipi brevem 9, 4, 93. an aliquas (*vocales*) pro consonantibus usus acceperit 1, 4, 10. civitas Atheniensium non eam (*misericordiam*) pro affectu, sed pro numine accepit 5, 11, 38. dum, si qua sunt dicta juveniliter pro indole accipiuntur 12, 6, 3. *cf.* 1, 6, 44; si accipiendum (*a. l. om.*) criminis loco negasset 11, 1, 28.

Acclamatio. *audientium:* Est epiphonema rei narratae vel probatae summa accl. 8, 5, 11. turpe ducunt — respirare ullo loco, qui acclamationem non petierit *ib.* 14. animi praestantia, quam — nec acclamatio terreat *etc.* 12, 5, 1. ut admirationem suam non acclamatione tantum, sed etiam plausu confiteretur 8, 3, 3.

III) *Particula correlativa:* mire cum variant orationem, tum excitant 9, 2, 29. *cf.* 6, Pr. 5. 9, 2, 34. c. validae, t. breves vibrantesque sententiae 10, 1, 60. in affectibus c. omnibus mirus, t. in iis facile praecipuus *ib.* 68. quae dicuntur, omnia c. rebus t. personis accommodata sunt 10, 1, 101. *cf.* 2, 15, 8. 4, 1, 66 *N.* 6, 3, 40. 12, 3, 9. *etc.* id cum (*a. l.* tum) miseri, tum in minimis occupati est 9, 4, 112. Etenim cum artifex ejusmodi sit — tum vir ejusmodi est (*Sp.* sit) *Cic.* 9, 3, 86 *S.* cum — tum — tum 9, 2, 12; Sic fiet cum id, propter quod maxime repertus est usus orationis, ut dicat utiliter *etc.*: tum laudem quoque — consequetur 12, 10, 72. cum — tum etiam 9, 1, 20. 9, 3, 28. 71. 9, 4, 143. 10, 1, 7. 11, 1, 74. 12, 2, 22. 27. 12, 4, 1. cum (*a. l.* tum) — t. etiam 2, 17, 8 *Z.* 5, 10, 72. 9, 2, 59. (*a. l.* tum — tum) 6, 1, 46 *N.* 9, 4, 112. virum cum ingenii natura praestantem, tum vero tot pulcherrimas artes penitus mente complexum, datum tandem rebus humanis 12, 1, 25. quod non cum (*sic omnes fere libri*, *Sp.* tum) in alia, quae sunt proprie rhetorum, t. certe in illud judiciale causae genus incidat 2, 1, 10 *Z.* cum — tum maxime 6, 1, 29. cum in iis quoque — tum (*a. l. om.*) multo magis in iis 5, 7, 13 *N. cr.* cum semper et ubique, tum praecipue in epistolis secretis delectabit 1, 1, 29. 1, 10, 13. 5, 10, 106. 10, 3, 26. (*a. l.* praecipuum) 3, 6, 22 *N. cr.*; quas virtutes cum etiam in litigatore debeat orator — approbare, utique ipse aut habeat *etc.* 6, 2, 18.

Cummaxime. ex iis, quae cummaxime patitur 6, 1, 23 *N.*

Cumulus. in dicendo quámlibet abundans rerum copia cumulum tantum habeat atque congestum 7, Pr. 1. peroratio, quam cumulum quidam, alii conclusionem vocant 6, 1, 1. cumulus ex abundanti 8, 3, 88.

Cunae. corporum educatio a lacte cunisque initium ducit 1, 1, 21.

Cunctatio. in hac cunctatione sunt quaedam non indecentes morae 11, 3, 158. cunctationes 9, 2, 71.

Cunctator. ut Fabius inter plures imperatorias virtutes Cunctator est appellatus 8, 2, 11.

Cuncti. Quid denique Demosthenes? non cunctos illos tenues et circumspectos — superavit? 12, 10, 23; *Neutr.:* mihi cuncta rimanti 3, 4, 6. *cf.* 12, 2, 5. *v.* Unus. haec cuncta 3, 3, 3. cuncta illa 2, 10, 2. cuncta denique 10, 3, 9. cuncta experti 4, 2, 38. *opp.* singula 10, 1, 6. neque omnibus in causis cuncta posse reperiri5, 10, 122.

Cuneo. *transl. i. q. vi insero:* hoc expatiandi genus — si cohaeret et sequitur, non, si per vim cuneatur, et, quae natura juncta erant, distrahit 4, 3, 4 *N.*

Cuneus. nunc acie directa, nunc cuneis pugnabitur 2, 13, 4.

Cuniculus. cuniculis rem geret (*transl. de oratore*) 12, 9, 3.

Cupide. ne quid cup. faciat 1, 3, 13. cup. ad hoc descendere 5, 6, 2.

Cupiditas. *α*) (*affectus*) 5, 6, 34. — causa sceleris 5, 12, 6 *N.* quid putamus facturas cupiditatem, avaritiam, invidiam? 12, 1, 6. in quibus (*causis*) haec maxime spectantur, ira, odium, metus, cupiditas, spes 7, 2, 35. neque videtur in eund. et contemtus pecuniae et cupiditas cadere *ib.* 30. fides quam nec cup. corrumpat *etc.* 12, 1, 24. *v.* Fides. natura est omnibus cupiditas insita 8, 6, 75. quid coërceat cupiditates 12, 2, 28. non praecipue acuit ad cupiditatem literarum amor laudis? 12, 1, 8. ad metum, cupid. *etc.* impellendi animi 3, 8, 12; cupiditate (*rei*) 3, 11, 25. 5, 13, 46. 12, 11, 14. nimia cupiditate 10, 3, 12. nimia cup. ductus 9, 1, 18. ductum juvenili cupiditate 7, 2, 24. inflammatus cupiditate 8, 6, 7. *β*) *c. Attrib.:* cupiditas effrenata *Cic.* 8, 6, 41; probabilis cup. honestorum 12, Pr. 4; cup. gloriae 7, 2, 24. — literarum 12, 1, 8. — novitatis 9, 1, 18. — pecuniae 7, 2, 30; — laudis acquirendae 3, 11, 25. — augendi res minuendique 8, 6, 75. — connectendi sermonis 10, 3, 20. — dicendi 5, 13, 46. 10, 3, 12. — exigendi mercedulas 12, 11, 14. — laedendi 5, 7, 30.

Cupido. — lucis 6, Pr. 13. — placendi 10, 7, 17.

Cupidus. — liberorum 4, 2, 42. — novitatis 3, 3, 8. — opinionis 12, 9, 4. — poenae nocentium 12, 7, 2. — sententiarum 5, 13, 31. — laedendi 5, 7, 16. — maledicendi 6, 2, 16; cupidos milites dicas 11, 1, 88.

Cupio. narratio — et docere et infigere animis res semper cupit 9, 4, 134. ne elegantiam, quam cupit, non assequatur 10, 2, 19.

Cupressus. 8, 6, 58.

Cur. *α*) Cur alia satis plena *etc.* sunt? Cur in circumductionibus aliquid loci vacare videatur? 9, 4, 118. cur ego judicem nolim movere 4, 2, 111. cur me prohibeat pudor 9, 3, 73; cur non quaerimus 7, 1, 54. c. non conamur 7, 1, 55. c. n. aliquis consequi possit 12, 1, 31. c. ego non dicam *Ovid.* 9, 3, 70. c. n. utamur 3, 11, 4. c. n. satis sit 9, 4, 119. cur autem torrens *etc.* sit oratio? 3, 8, 60. *cf.* 6, 3, 104. c. autem non speret 12, 1, 31. c. ergo putent 9, 4, 7. c. igitur nefas est 10, 2, 5. Cur (*Sp.* Quare) igitur — mirer? 2, 21, 12. *β*) *in orat. obliqua:* causas, cur quidquam accidat 11, 3, 16. nihil est causae, cur non adjuvemus *ib.* 59. *cf.* 2, 3, 11. *v.* Causa. quae cur tantopere aspernemur, nihil video 8, 3, 33. cur proprie

accipiant, non video 6, 3, 109. c. tamen haec notarit, non video 9, 3, 47. commoneat, c. id fecerimus 11, 2, 30. nihil ad rem pertinere, cur fecerit, si fecit 7, 2, 36.

Cura. *α) Nominat.:* cura ac labor 2, 2, 10. solicitudo et cura 11, 1, 44. *cf.* 8, Pr. 20. curam et artem — et quidquid studio paratur 11, 3, 10. cura non eadem oratoribus, quae phonascis convenit 11, 3, 19. ejus rei paucissimis cura est 12, 8, 1. *cf.* 1, 2, 5. quibus cura in proximo est 7, 1, 44. prima ei c. in suscipiendis causis erit 12, 7, 1. *cf.* 1, 3, 17. proxima est cura, ut *etc.* 11, 1, 1. levis c. est, ut 11, 3, 139. mediis non ea modo c. sit, ut cohaereant 9, 4, 66; successum extemporalem cura consequi non possit 10, 7, 13. non naturam defecisse, sed curam 1, 1, 2. *cf.* 1, 2, 4. mire auditurum dicturi cura delectat 11, 3, 157. haec ei cura inter turbidissimas actiones — profuit (*Sp.* fuit) 1, 10, 28 *Z.* haec cura ad alienas utilitates spectat 6, Pr. 16. hanc succurrisse Plinio curam, ut 11, 3, 148. inde in syllabas cura transibit 1, 4, 17. *β) Genit.:* curae non idem genus est 11, 3, 22. ipsa oblivione curae commendari 11, 3, 148. curae testimonium meruisse 3, 1, 22. curae et diligentiae in hoc plus est 10, 1, 86. curae plus in illo, in hoc naturae *ib.* 106. singula exequi minutioris est curae 8, 6, 28. *γ) Dat.:* malis esse laudem curae 12, 1, 8. eis, quibus curae fama fuit 3, 8, 45; magnae veteribus curae fuit, gratiam — acquirere 9, 3, 74. erat mihi curae, nosse omnia 7, 1, 4. eligere modo curae sit 10, 1, 31; ipsis doctoribus hoc curae esse velim, ut *etc.* 2, 4, 5; qui sermonem curae habent Pr. 16. aliquid curae corporis damus 1, 12, 7; purus sermo et dissimilis curae 8, 3, 14. omnia curae tutelaeque unius innixa 6, 1, 35. *δ) Accus.:* ne pratis accommodent curam 1, 12, 6. protinus adhibere curam 10, 3, 18. *v.* Adhibeo. afferet curae quantum plurimum poterit 12, 9, 15. quid si agenda cura navalium 5, 10, 89. *cf.* 8, Pr. 17. *v.* Ago. quae nec scribentium curam nec dicentium impetum consequantur 10, 3, 20. cum mihi nepotum delegaverit curam 4, Pr. 2. cura ejus desideratur 2, 1, 8. qui curam omnem excludant 9, 4, 3. plus exigunt laboris et curae 8, Pr. 13. quae curam fatentur *ib.* 23. in primis (*Sp. inser.* ea) habenda cura est, ut *etc.* 1, 2, 15 *Z.* tantum habent curae (*cogitata*) 10, 6, 5. habebit inprimis curam vocis orator 1, 10, 27. in dicendo curam et artem et nitorem *etc.* improbare 11, 3, 10. *v.* Ars. II, *δ.* ostentari debet cura 4, 1, 56. praestare hanc inferioribus curam 2, 3, 4. minorem curam postularent 10, 1, 6. curam remittebat 1, 2, 24. respiciens illam curam meae voluptatis 6, Pr. 1; illis priscis habitam inter curas 9, 4, 16. ad curam suam pertinere 8, Pr. 22. ad curam susceptorum semel adolescentium respicere 11, 1, 55. *cf.* 10, 1, 120. *ε) Ablat.:* non solum nomina ipsa rerum cognoscemus hac cura 10, 1, 8. omni cura et summo, quantum aetas illa capit, labore 2, 4, 17. nihil aeque vel augetur cura, vel negligentia intercidit 11, 2, 40. *cf.* 11, 3, 19. vix singula intentissima cura consequi 10, 1, 111. spe, curis, labore distringitur (*mens*) 12, 1, 7. diligenti examinandum cura 10, 1, 1. ea cura paria faciet iis, in quibus eminebat 2, 8, 13. impediri duplici memoriae cura 11, 2, 25. natura cura juvetur 11, 3, 11. *cf.* 2, 8, 5. juvari cura docentium 1, 1, 36. naturalia, quae cura juvantur, instrumenta 12, 5, 5. *v.* Naturalis. corporis cura mentem obruerunt 1, 11, 15. cura et inquisitione opus est 5, 7, 23. cur non pluribus curis horas partiamur? 1, 12, 4. quae pari cura refelluntur 12, 9, 19. toga *etc.* tam nimia cura quam negligentia sunt reprehendenda 11, 3, 137. vacare omnibus aliis

curis 12, 1, 5. non minore cura vitandum est, quidquid est ἐνρυθμον 9, 4, 77; accidit, ut cicatrosa sint, et exanguia, et cura pejora 10, 4, 3 *N.* cura Protogenes est *etc.* praestantissimus 12, 10, 6; a cura docendi, quod intenderint, recedere 2, 12, 6. remittendum aliquid ex cura verborum 10, 7, 22. cum cura intuendum 5, 10, 67. si utrumque cum cura et studio fecerimus 10, 7, 29 *Z.* in hac ipsa cura 8, Pr. 31. qui se totum in hac cura consumserit 9, 4, 113. in hac cura deprehensus *ib.* 143. nimios in hac cura *ib.* 35. 10, 1, 118. ζ) *c. Adjectt.:* cura acris 1, 1, 3. — aequalis *ib.* 14. — antiquior 4, 2, 26. — contexta 12, 9, 18. — diligens 10, 1, 1. — duplex 11, 2, 25. — cuilibet facilis 8, 3, 30. infinitae curae 10, 3, 12. insanam curam 12, 11, 18. cura intentissima 10, 1, 111. — levis 11, 3, 139. — magna 9, 3, 74. 9, 4, 147. — minor 1, 1, 7. 9, 4, 77. 10, 1, 6. — minutior 8, 6, 28. — odiosa 8, 3, 30. — par 12, 9, 19. — prima 12, 7, 1. *cf.* 1, 1, 8. — proxima 11, 1, 1. — summa 5, 13, 52. — supervacua 2, 2, 10. η) *c. Genit.:* cura semel susceptorum adolescentium 11, 1, 55. — agrorum 12, 1, 6. — brevitatis 4, 2, 47. — compositionis 9, 4, 3. 147. — corporis 1, 11, 15. — legum 3, 7, 24. — morum Pr. 12. — nepotum 4, Pr. 2. — rerum 10, 1, 120. — rerum domesticarum 3, 3, 9. — reip. 5, 11, 24. — terrarum 10, 1, 91. — verborum 8, Pr. 17. 20. 9, 3, 102. 10, 1, 118. 10, 7, 22. — meae voluptatis 6, Pr. 1 *N.;* — dicendi 3, 2, 21. — docendi 1, 1, 7. — scribendi *ib.* 28.

Curatio. — vulneris 4, 2, 84; curationem bonorum postulabit 11, 1, 58.

Curator. petendi curatoris 7, 4, 11 *N.*

Curia. 11, 1, 47.

Curiose. — loqui 8, 1, 2.

Curiosus. in notioribus frequentissime deprehenduntur a curiosis 1, 8, 21. nimium curiosi 11, 3, 143. ut a diligenti curiosus distat 8, 3, 55; praetorum (*Sp.* praeturae) curiosa consilia 7, 5, 2 *Z. N.*

Curo. α) *c. Accus.:* curabit (*medicus*) 2, 17, 39. leviores morbos curare 2, 3, 6. quadrupedes sanguinis detractione curantur 2, 10, 6. medicis non apparentia modo vitia curanda sunt 12, 8, 10. erit vulnus curandum 4, 2, 84. qui ferrum medici, priusquam curetur, aspexit 4, 5, 5; *Partic.:* nitida et curata vox 11, 3, 26. β) *seq.* *ut vel ne:* curavit, ut vim afferat 5, 14, 22 *N.* curandum, ut — detrahamus aliquid 4, 2, 47. *cf.* 9, 4, 91. 10, 3, 15. non, ut intelligere possit, sed, ne omnino non possit intelligere, curandum 8, 2, 24. curasse, ne — perdat 1, 1, 34. curandum erit, ne *etc.* 2, 5, 24. *cf.* 4, 2, 90. si curetur, ne quid insit amari 9, 3, 70; [Nam C. Varenum occidendum et Cn. Var. vulnerandum *etc.* curavit (*hoc Z. de conj. pro vulg.* cadit) *Cic.* 7, 1, 9. *N. cr. et S*]

Curriculum. omnem posteritatis memoriam spatium vitae honestae et curriculum laudis existimet 12, 2, 31.

Curro. I) *proprie:* currentium pes, etiamsi non moratur, tamen vestigium facit 9, 4, 67; campus curritur 1, 4, 28. II) *transl.:* hic ad sublime etiam currit (Amb. 1. cucurrit), et ad summum non pervenit nisu sed impetu 8, 4, 9. acria currere, delicata fluere 9, 4, 139. breves currunt *ib.* 91. historiae, quae currere debet ac ferri *ib.* 18. currentibus per se numeris *ib.* 31. quomodo coeperant (*rhythmi*), currunt usque ad μεταβολήν *ib.* 50. trochaeum ut nimis currentem damnet *ib.* 88.

Cursito. cursitare 9, 1, 12.

Cursor. quomodo palaestricus ille cursorem *etc.* faciet? 2, 8, 7.

Cursus. I) *proprie:* illum cursus et agilitas *etc.* (*decuit*) 11, 3, 180. neque prius contingere cursus potest, quam scierimus, quo sit et qua perveniendum 10, 7, 5. vehementior fluminum c. 9, 4, 7. ex oceano amnium fontiumque cursus initium capere 10, 1, 46 *Z.* siderum certos constitutosque cursus 1, 10, 46. *cf.* 12, 11, 10. II) *transl:* salvus est cursus (*orationis*) 9, 4, 70. curs. ad singula vestigia restitit 10, 7, 4. ubi curs. orationis exigitur 9, 4, 106. curs. inhibetur 10, 3, 20. qui instituetur, pronum ad cetera habiturus est cursum 8, Pr. 5. cursum dicendi refrenat 8, Pr. 27. *cf.* 4, 3, 13; ad illud spatium cursu ferantur 10, 3, 6. ut qui cursu parum valent, flexu eludant 9, 2, 78. cum citra distinctionem in textu et cursu semper aliquid priore majus insequitur 8, 4, 8 *Z.*

Curulis. sellam cur. 6, 3, 25.

Curvo. duobus modice curvatis (*digitis*) 11, 3, 95.

Cuspis. 1, 6, 25.

Custodia. I) id nobis acriores ad studia dicendi faces subdidisse, quam — paedagogorum custodiam *etc.* 1, 2, 25. decoris cust. 11, 1, 57. cautiores ad custodiam suae religionis judices facit 6, 1, 20. II) *de carcere:* e custodia evasit 2, 17, 20.

Custodio. I) *i. q. reservo:* quid illa miserius lege — ut Graeci dicere solent, quem mater amictum dedit, solicite custodientium 5, 14, 31 *N.*; eos custodiri jussi *Cic.* 9, 3, 50. II) *i. q. conservo:* in quibus mire custoditur decor (*a. l.* decorum) 10, 1, 71. negligentiam formandi custodiendique in aetate prima pudoris 1, 2, 4. quae plerique mutare nefas habent, et velut themata in scholis posita custodiunt 12, 8, 6. illa, quae scriptis reposuimus, velut custodire desinimus 11, 2, 9; pleraque sunt frequentissime custodienda: imo nunquam, nisi ratio coegerit, mutanda 4, 2, 103. ista per totam actionem sint custodienda 4, 1, 5. *cf.* 4, 2, 35. in his causis eadem differentia diligenter est custodienda 11, 1, 39. modus ubique custodiendus 4, 2, 35. quae sit regula scribentibus custodienda 1, 2, 4. *cf.* 11, 1, 55. III) *i. q. defendo, tueor:* custodiendas urbes 7, 10, 13; effugienda in hac praecipue parte omnis calliditatis suspicio; neque enim se usquam custodit magis judex 4, 2, 126. teneriores annos ab injuria sanctitas docentis custodiat 2, 2, 3. IV) *observo, cum suspicione:* quae si aliter dicta essent, strepitu ipsum judicem ad custodiendum patronum excitassent 4, 2, 58. nondum recepti sumus, et custodit nos recens audientium intentio 4, 1, 59. V) *i. q. dissimulo:* prodit se, quamlibet custodiatur, simulatio 12, 1, 29. VI) *i. q. curo:* id in aliis quoque propinquitatibus custodiendum est, ut inviti judicemur dixisse 11, 1, 66. *cf.* 8, 6, 49. quo in genere id est praecipue custodiendum, ne *etc.* 8, 3, 73. *cf.* 8, 5, 7. VII) *Partic.:* est et sancta et gravis oratio et custodita (*a. l.* castigata) 10, 1, 115 *N.*

Custos. — patrimonii tenax 4, 2, 73. Dionysium petere custodes salutis suae 5, 11, 8; leges, diligentissimas pudoris custodes 8, 5, 19.

Cutis. I) cum infirmam verecundia cutem accepit 11, 3, 78. II) *transl.:* tenera quadam elocutionis cute 5, 12, 18; sufficiat imaginem virtutis effingere, et solam, ut sic dixerim, cutem 10, 2, 15 *N.*

Cymba. *transl.:* aliquid — in quo mea cymba non sidat 12, 10, 37.

Cymbalum. cur non illam vocis modulationem — cymbalis adjuvemus? 11, 3, 59 *N.*

D.

D. T literae cum D quaedam cognatio 7, 4, 16. cum C ac similiter G non valuerunt, in T ac D molliuntur 1, 11, 5 *N.* Latinis veteribus D plurimis in verbis ultimum adjectum (*sic Amb.* 1; *Sp.* ultimam adjectam) 1, 7, 12. syllabae nostrae in B literam et D innituntur 12, 10, 32.

Dactylus. dact. longa duabusque brevibus (*constare*) 9, 4, 81. herous, qui est idem dactylus, amplior Aristoteli videatur *ib.* 88. dact. unam syllabam parem brevibus habet *ib.* 46. ῥυθμὸς est aut par, ut dactylus *ib.* 47. rhythmo indifferens est, dactylusne (*optt. Codd.* dactilicusne) ille priores habeat breves an sequentes *ib.* 48 *N. cr.* pro dactylo poni non poterit anapaestus aut spondeus *ib.* *v.* Anapaestus. ne dact. quidem spondeo bene praeponitur *ib.* 102. illa sublimia amant amplitudinem dactyli *ib.* 136. cludet et dact. *ib.* 104. si quinque confundas continuos dactylos solveris versum *ib.* 49.

Dama. timidi damae 9, 3, 6. tam mares esse damas quam feminas *ib.*

Damnas. herus meus dare illi damnas esto omnia sua 7, 9, 12. *cf.* 9.

Damno. I) *verbum judiciale.* α) patrem qui damnavit (*a. l.* dampnavit), optat, ne is torqueatur 9, 2, 81. Ego accusavi, vos damnastis 5, 10, 79. reus videbatur damnatum iri 9, 2, 88 *N.*; [Neque enim poterant judicio et hi damnari, qui judicabant (*sic Z. de conj.; vulg.* ind. et his damnatis, qui indicabantur) *Cic.* 9, 3, 42 *S.*]; *transl.:* quos immeritos acerba mors damnavit 6, Pr. 4. β) *adj. Genit.:* neque nos tarditatis natura damnavit 2, 5, 24. tyrannidis affectatae damnatus 9, 2, 81. incesti damnata 7, 8, 3. nostra tempora damnamus hujus infelicitatis 10, 2, 8. II) *i. q. improbo.* α) *de personis:* nec ignoro, quos transeo (*scriptores*), nec utique damno (*a. l.* non agnovi) 10, 1, 57 *N. cr.* damnare eum (*Senecam*) et invisum quoque habere 10, 1, 125. magnopere damnandi, qui totum hoc genus a praeceptis removerunt 5, 1, 2. β) *de rebus:* ne damnent, quae non intelligunt 10, 1, 26. hoc merito damnetur 9, 4, 83. ut nunc evaluit *rebus agentibus*, quod Pollio in Labieno damnat 9, 3, 13. quae aut damnare, aut non concedere, aut a nobis removere oportebit 11, 3, 70. et damnanda sunt, quae placuerant, et invenienda, quae fugerant 10, 4, 2. si quaedam bene facta damnaturus est judex 12, 1, 41. finem versus damnamus in fine orationis 9, 4, 102. quas (*figuras*) transeundo videtur ipse damnasse 9, 3, 90. aliquos suos libros damnare 3, 6, 64. hanc scribendi negligentiam damno 10, 3, 18. ut alios pedes eligerent, aliosque damnarent 9, 4, 87. non damnasse eas (*quaestiones*) sed omisisse 7, 1, 19. omnino damnantium sententias 8, 5, 25. neque illum ordinem damnaverim 4, 5, 16. trochaeum ut nimis currentem damnet 9, 4, 88. alterius tarditate, alterius celeritate damnata *ib.*

Dativus. utor dativi natura 1, 4, 26. cum in dativum casum incidissent 1, 7, 18. casu dativo 7, 9, 13.

De. 1) *significat, unde aliquid deducitur.* α) *de loco:* unam de schola controversiam 7, 1, 41. nulla fit ei de sua parte controv. *ib.* 59; si excitatus fuerit de spectaculis 3, 6, 19. exire de gremio 1, 2, 1. *v.* Exeo. rem sacram de templo surripere 7, 3, 10. *cf.* 21. schemata de rerum natura tolli 9, 2, 95. β) *transl.:* versus dicere de libro Ennii annali sexto 6, 3, 86. ne quid de bonis capiat 3, 6, 96. stilus paululum de celeritate deperdit 10, 7, 24; contrapositum, sicut Cic. dicit, de singulis rebus pro-

positis refertur ad singula 9, 3, 83 *N.* [emutatis in perversum dictis, de (*Z.* dicendi) figuris idem vitium consequuntur 8, 2, 19.]; eadem de causa 1, 6, 36. de industria 9, 4, 144. ll) *significat materiam, de qua agitur:* Pr. 1. 1, 6, 36 *etc.* de his plenius tractabimus 2, 13, 14. quorum de ultione quaeritur 7, 4, 33. quae de aequo, justo, vero, deque iis, quae sunt contra posita, dicantur 12, 2, 5. illic de futuris, hic de factis agitur 7, 4, 2. non de appellatione, sed de vi facti ejus ambigitur 7, 3, 6. me de arte, de artifice, de opere dicturum 12, 10, 1. et de justis, honestis, utilibus, iisque, quae sint istis contraria, et de rebus divinis dicunt 10, 1, 35. finitionem esse de eodem et de altero *Cic.* 7, 3, 8. quod (*signum*) esse vel ex re tota potest, ut de navigatione, militia; vel ex verbo aliquo 11, 2, 19. de altera (*figura*), quae detractione (*sc. vitium est*), pluribus adjiciendum est 9, 3, 19 *N. cr.;* quibus de rebus (*ἀναστροφή*) 8, 6, 65.

Dea. praesidentes studiis deae 10, 1, 91. Dearum, quas praesidere vatibus creditum est *ib.* 48. in labris ejus sedisse quandam persuadendi deam *ib.* 82.

Debeo. *α*) non enim satis efficit, neque ut debet, plene dominatur oratio 8, 3, 62. *β*) *c. Infinit.:* vir fortis an, quidquid optarit, accipere debeat 7, 7, 4 *Z.* propter quod nobis bona adjudicari debeant 5, 14, 16. hic tantum concitari, illic affici debet (*sine certo Subj.*) 6, 2, 14 *N. et S.* qui haec edit, debet hoc bibere 8, 5, 23. qui illa cogitare debemus, et moveri possumus 6, 2, 23. non tamen potui ac ne debui quidem istum locum in unam speciem concludere *ib.* 1. maxime in hac parte debet crescere oratio 6, 1, 29. mens quoque Alexandri duci debet in dubium 5, 10, 118. non quia comi expolirique non debeat (*oratio*) 8, 3, 42. paulo pluribus verbis debet (*a. l.* decet) haberi venia 11, 1, 5. Atqui debes (*intelligere*), cum Sphingem domi habeas *Cic.* 6, 3, 98. bonus praeceptor non minus laudare discipulos debet 5, 13, 44. *cf.* 2, 5, 13. cum grammaticus totum diem occupare non possit, nec debeat 1, 12, 13. quid amplius debeam optare 4, 1, 51. quid debeat promittere 3, 9, 7. an tibicina debeat publicari 7, 9, 4. qui ergo puniri debent? 7, 3, 34. si rhetorice vocari debet sermo quicunque 2, 17, 10; filius an frater debeat esse heres 4, 2, 5. nunquam debet esse longa miseratio 6, 1, 27. non debet quisquam, ubi maxima momenta versantur, de verbis esse solicitus 8, 3, 13 *N. cr.* debent oratori sic esse adversariorum nota consilia 12, 1, 35. *cf.* 2, 21, 6. 5, 14, 22. 7, 2, 21. 8, 3, 73; an in praeteritum ferri lex debeat 2, 4, 37. an responsis parere debuerit 3, 11, 6; non ideo tu matrem occidere debuisti *ib.* 11. *γ*) *c. Accus.:* fidem debet tutor 5, 10, 73. ea, quae sunt e singulis (*syllabis*), negantur debere rationem 1, 6, 4. velut praesenti officio functa nihil in posterum debeat (*memoria*) 11, 2, 44; ut gratus sit, ad eum magis pertinet, qui debet 12, 7, 12; *de aere alieno:* ut dimidium ex eo, quod debebant, solverent 5, 10, 105. an id, quod exigebatur, debuerit 7, 4, 38. an duplum debeat *ib.* 44. An debeatur? 7, 1, 21. cur ea non debeantur 4, 2, 6. *δ*) *adj. Dat.:* sed neque est heres ejus, a quo accepisse mutuam dicor: sed nec ipsi debui 4, 4, 6 *Z.* non idem debere actioni contra caput 11, 1, 69. qui non clamorem modo suum causis, sed omnia, quae profutura sunt, debet 12, 3, 4; consummatos plus doctrinae debere 2, 19, 2. plus voci suae debeat praeco 1, 12, 17. cui ego omnia meritissimo volo et debeo 9, 2, 35; quod populus crediderit, omnibus debeatur 5, 10, 117. deberi ei (*legatum*) 5, 10, 62. an Thrasybulo triginta praemia debeantur 3, 6, 26. *cf.* 7, 4, 44. 11, 1, 88. qui-

bus omnibus debetur suus decor 11, 1, 41. cuique personae debetur reverentia *ib.* 66. *cf.* 6, 1, 50. *ε*) *Partic.*: debita dignitas 10, 1, 62. 12, 1, 8. — laus 2, 14, 1. ultra debitam reverentiam 12, 5, 1; aetas altioribus jam disciplinis debita 2, 1, 3. debita actionibus respiratio 9, 4, 18. causae debita tempora 6, 4, 13.

Debilis. trunca actio ac debilis 11, 3, 85.

Debilitas. nec tam aversa unquam videbitur ab opere suo providentia, ut debilitas inter optima inventa sit 5, 12, 19.

Debilito. quosdam continet metus, quosdam debilitat 1, 3, 6. summisso murmure debilitatur omnis intentio 11, 3, 45.

Debitor. in XII tabulis debitoris corpus inter creditores dividi licuit 3, 6, 84 *N.*

Decanto. cum multa et diserte decantaverunt 12, 8, 3.

Decedo. I) via dicendi non decedere 4, 5, 3. II) *de morte:* felix decessit 6, Pr. 4. decessit intestatus 7, 1, 42. — sine liberis 3, 6, 96. si — cruditate contracta decesserit 7, 3, 33.

Decemviratus. hominum vitia rebus assignent, ut si quis decemviratum accuset, non Appium 5, 13, 35.

Decennis. rex decenni bello exhaustus 8, 4, 22.

Decens. humerorum decens allevatio et contractio 11, 3, 83. decens et aptus corporis motus 1, 10, 26. *cf.* 11, 3, 29. dec. ornatus 2, 15, 21. [decens veri (*de conj. Sp.*) superjectio 8, 6, 67 *N. cr.*]; amictus decentior 11, 3, 156. decentior equus 8, 3, 10. aut quia necesse est, aut quia significantius est, aut quia decentius 8, 6, 6. decentius erit servare pudorem 11, 1, 78; sinus decentissimus (*togae*) 11, 3, 40.

Decenter. quam dec. Sulpicio scientiam petendi consulatus (*Cic.*) ademit 11, 1, 69. dec. fieri *ib.* 79. naribus labrisque non fere quidquam dec. ostendimus 11, 3, 80. verba dec. pudoris gratia subtrahuntur 9, 3, 59; ad quaedam vel decentius indicanda vel tutius 9, 1, 21.

Decerno. summis de rebus decernere 10, 1, 29. de hoc semel decretum erat 1, 2, 24; qui judicio decernent (*i. e. litigantes*) 12, 7, 5 *N.*

Decerpo. habent Comici quaedam, quae possis decerpere 10, 1, 72. quae (*invidia*) spes tantas decerpat 6, Pr. 10. quarum (*materiarum*) facillima et maxima favorabilia decerpunt 10, 5, 21 *Z.* ex hac (*materia*) aliqua in usum principii decerpi oportebit 4, 1, 23. quae cotidie nisi decerpantur, arescunt 12, 10, 79.

Decet. *α*) caput esse decere, quod facias 11, 3, 177. ubi minime deceret 8, 4, 17. probabile Cic. id genus dicit, quod non plus minusve est, quam decet 8, 3, 42. cum magna pars est exhausta orationis, paene omnia decent 11, 3, 147. illud raro decebit *ib.* 124. neque eadem in voce, gestu *etc.* similiter decent *ib.* 150. idem fere in omni genere et proderit et decebit 11, 1, 14. *cf. ib.* 8. non idem apud graves viros, quod leviores deceat *ib.* 45. *cf.* 11, 3, 150. quid deceat 2, 13, 8. non solum quid expediat, sed etiam quid deceat 11, 1, 8. ab eo, quod deceat, utilitatem separemus *ib.* 12. *cf.* 9. quod deceat aut turpe sit *ib.* 60. nihil potest placere, quod non decet 1, 11, 11; casus singularis magis decuit 8, 3, 20. hiulca etiam decent, faciuntque ampliora quaedam 9, 4, 36. honestus ornatus pro materiae genere decet variatus 8, 3, 11. in causis minoribus decet eadem simplicitas 9, 4, 21. egregiae dicendi virtutes quo minus deceant

11, 1, 48. plerumque vox temperata *etc.* decebit 11, 3, 161. *β*) *c. Accus.:* illum decet: nos *etc.* 9, 4, 15. ut aliquem vel omnia vel plura deceant 11, 3, 181. saepe aliud alios decere *ib.* 177. id eum minime decebat 11, 1, 10. magis decent eos (*sententiae*) 8, 5, 8. quod omnes et semper et ubique deceat 11, 1, 14. quod quemque magis decet 11, 3, 158. haec lenis et fluens contextus decet 9, 4, 127; simplicitas illa mire tenues causas decet, majoribus — magis convenit 11, 1, 93. privatum consilium purus sermo magis decuerit 8, 3, 14. nec habitus triumphalis feminas deceat 11, 1, 3. brachii moderata projectio continuos locos maxime decet 11, 3, 84. quales (*prosopopoeïae*) litigatorem vel patronum decent 6, 1, 25 *N. cr. et S.* qui flexus deceat miserationem 1, 11, 12. neminem deceat intertexta pluribus notis vestis 8, 5, 28. *cf.* 11, 3, 179. quid personam deceat 10, 3, 15. quod principes deceat, aliis non concesseris 11, 1, 36. prooemium decebit sententiarum modestia 4, 1, 55. illa quoque diversa bonum virum decent, malos odisse *etc.* 11, 1, 42. duo verba, uni apposita, ne versum quidem decuerint 8, 6, 42. *γ*) *seq. Infinit.:* nunquam decebit sic adversus tales agere 11, 66. avertere in alios crimen decet *ib.* 65. decebit atrocia invidiose dicere 4, 2, 120. si non decet dicere palam 9, 2, 66. Venerem quam coitum dixisse magis decet 8, 6, 24. quousque deceat extollere 8, 6, 74. decet rem ipsam probare in qualicunque persona 11, 1, 73. decet hoc quoque prospicere 12, 11, 1; *Accus. c. Inf.:* ne verba quidem verbis continuari decet 9, 4, 43. ipsos erubescere dec. 11, 1, 22. membra atque incisa bene incipere atque cludi dec. 9, 4, 67. dec. luxuriosum bibendo mori 8, 5, 23. quando ipsos loqui, quando advocati voce uti deceat 11, 1, 59. fructum studiorum viridem et adhuc dulcem promi dec. 12, 6, 3.

Decĭdo. si decidat toga 11, 3, 149.

Decīdo. cetera propriis decisa sunt verbis 8, 6, 47.

Decima. decimas uxoribus dari 8, 5, 19 *N.*

Decipio. *α*) ut nos fortuna decipere non possit, adjuvare possit 10, 6, 6. quae, nisi domi excusseris, in foro inopinata decipient 12, 8, 13. nonne nos haec inversa consuetudo deceperit? 3, 9, 9. neque ego quemquam deceperim, ut dissimulem, Ciceroni quoque plures partes placere 4, 2, 64. in quibus, ut erraverim, legentes tamen non decepi 6, 3, 112. honorarit eos, an deceperit? 5, 10, 118. stultus decipi potest 5, 7, 26. *cf.* 7, 2, 53. in qua (*rerum cognitione*) ab his, quibus inquirenda quaedam mandabat, deceptus est 10, 1, 128. nocte deceptum 4, 2, 71. *β*) in decipiendis expectationibus 6, 3, 24. quo opinio decipitur *ib.* 64. *v.* Opinio I, *ζ*.

Declamatio. declamationes rhetorum 1, 2, 13 *N.* declamatio imitetur eas actiones, in quarum exercitationem reperta est 2, 10, 4. decl. judiciorum consiliorumque imago *ib.* 12. — forensium actionum meditatio 4, 2, 29. minus virium ac sanguinis habeant declamationes (*a. l.* declamatores), quam orationes 10, 2, 12. decl. olim jam ab illa vera imagine orandi recesserunt 5, 12, 17. declamationes veritati dissimillimas 2, 20, 4. declamationis fortuna 2, 2, 12. iterare declamationis partem 11, 2, 39; ante declamationem 7, 1, 4. in declamatione 2, 11, 1. post declamationes 2, 6, 2; declamationes, quales in rhetorum scholis dicuntur, sunt utilissimae 10, 5, 14. patrum, numerantium potius declamationes, quam aestimantium *ib.* 21 *N.*

Declamator. 3, 8, 44. 5, 13, 42. 8, 3, 22 *Z.* 9, 2, 83. 10, 1, 71. novi vero, et praecipue declamatores 9, 2, 32. oratores aut declamatores

10, 2, 21. quid praecipue declamatoribus considerandum sit 3, 8, 51. declamatores quosdam perversa ducit ambitio 10, 7, 21.

Declamatorius. — genus dicendi 2, 10, 9. — consuetudo 5, 13, 46. — licentia 8, 3, 76. — res 4, 2, 128.

Declamito. declamitare in scholis 12, 11, 15.

Declamo. *α*) declamare modo officii sui ducunt (*rhetores*) 2, 1, 2. crudum aut saturum aut ebrium aut ejecto modo vomitu declamare neminem 11, 3, 27. ita superiore loco quisque declamabat, ut praecedere profectu videbatur 1, 2, 23. neque enim nunc declamamus 11, 1, 83. an vero declamabit quidem praeceptor, ut sit exemplo suis auditoribus 2, 5, 16. cum una declamabamus 6, 3, 73. in eo, quomodo declamatur, positum est etiam, quomodo agatur 9, 2, 81. hic laus omnis declamat 9, 4, 62 *N.*; declamare suasorias 3, 8, 61. quot millia passuum declamasset? *Flav. Virgin.* 11, 3, 126. *β*) *Partic.*: declamans in Pansam 8, 3, 54. declamantis habitus 1, 2, 31. *v.* Oro. declamantium licentia atq. inscitia 2, 10, 3. — ratio 11, 1, 38. quod praecipue declamantibus custodiendum est 11, 1, 55. declamaturus 4, 1, 47. *γ*) *Gerund.*: declamandi magister 2, 1, 3. — scientia ac facultas *ib.* 2. — totum opus 2, 10, 7. — ratio multo utilissima 2, 10, 1. 2, 5, 1. illum ambitiosum declamandi sudorem 6, 4, 6 *N.* De utilitate et ratione declamandi 2, Cap. 10. ad declamandum ficta materia 1, 10, 33. in declamando quam simillimum esse veritati 10, 5, 21.

Declaro. *α*) non manus solum sed nutus quoque declarant nostram voluntatem 11, 3, 66. quae (*litera C*) inversa mulierem declarat 1, 7, 28. verba ipsa per se declarant (*intellectum*) 7, 3, 83. in declarandis temporibus 1, 4, 4. *β*) *adj. Ablat.*: neque certa incertis declarantur 5, 10, 8. ut idem pluribus vocibus declarent 10, 1, 11. ut nomine ipso declaratur 1, 11, 17. se — ex omnibus latebris detractas congestasque declarant (*figurae*) 9, 3, 5. quod eum merito fecisse etiam ipso rei nomine palam declaratur 8, Pr. 15.

Declinatio. I) *i. q. evitatio, mutatio:* — brevis a proposito (*fig. ap. Cic.*) 9, 1, 32. (*a. l.* dedignatio) *ib.* 34. quaedam non ita magnae vocis declinationes 11, 3, 16. II) *in Grammatica.* *α*) *de flexione verborum:* mutationes, quas afferunt declinatio aut praepositio, ut secat, secuit *etc.* 1, 4, 13 *N.*; *nominum:* declinatio per eosd. ducitur casus 1, 9, 5. declinationis ordo 1, 4, 29. comparatio in nominibus deprehendit declinationem 1, 6, 5. quae declinationibus non tenentur (*i. e. non sunt satis manifesta*) 1, 4, 27 *N.* Graecis nominibus Graecas declinationes dare 1, 5, 63. *β*) *i. q. derivatio:* in tractu et declinatione talia sunt, qualia ap. Ciceronem beatitas et beatitudo 8, 3, 32. ead. uti declinatione, qua Ennius M. Cethegum Suadae medullam vocat 2, 15, 14.

Declino. I) *i. q. deverto.* *α*) *sensu Activo:* optimi sensus — memoriae suae intentos ab alia inventione declinant 10, 3, 33. declinandi criminis gratia 9, 2, 12. quid dissimulandum, quid declinandum, mutandumve sit 12, 8, 5; quaedam verborum figurae paulum figuris sententiarum declinantur (*i. e. distant*) 9, 3, 88 *N.*; *Partic.*: hoc oratio recta, illud figura declinata commendat 10, 5, 8; neque spe neque metu declinatus animus, quo minus optimus se partibus jungeret 12, 1, 16; aetate jam declinata (*i. e. senili*) 12, 11, 23. *β*) *sensu neutrali:* a qua (*recta via*) declinare 2, 13, 16. declinet oratio a recto itinere 4, 3, 14. plerique, desperata facultate agendi, ad discendum jus declinaverunt 12, 3, 9. si deerunt haec remedia,

ad illud declinandum est 7, 2, 30. declinant in pejus 10, 2, 16. II) *in ratione grammatica.* α) *de vocum flexione:* nomina declinare et verba 1, 4, 22. ὁμοιόπτωτον est tantum casu simile, etiamsi dissimilia sunt, quae declinentur 9, 3, 78. utitur hac ratione declinandi 1, 5, 63; figura, qua verba declinata repetuntur 9, 3, 85. eodem modo declinata multa 9, 4, 42 *Z.* β) *i. q. de verborum formatione:* eadem ratione declinari cursitare qua lectitare 9, 1, 12. quae ex vocibus in usum receptis quocunque modo declinantur 8, 6, 32. illa minora —, quae paululum (*Sp.* qui verba paulum) declinata varie et multipliciter ad veritatem reducunt 1, 6, 32 *Z.* illa ex Graecis orta — praecipueque Aeolica ratione tractata 1, 6, 31 *N.* origo declinatorum tenendi magis causa est 11, 2, 31.

Decoquo. multum inde decoquent anni 2, 4, 7 *N.*

Decor. α) *Nominat.:* 10, 1, 119. 12, 5, 5. in personis decor 10, 1, 27. diligentia ac decor in Polycleto 12, 10, 7. quantum fuerit illis viris decoris in rebus atque personis 10, 2, 27. suus cuique decor est 10, 2, 22. abierit omnis vis, jucunditas, decor 9, 4, 14. comitetur semper artem decor 9, 4, 7. inest proprius quibusdam decor in habitu ac vultu 6, 3, 12. quousque patitur decor 1, 5, 63. hyperbaton frequenter — decor poscit 8, 6, 62. prout d. postulabit 5, 11, 16. unde nos non id agentes furtim decor ille discentibus traditus prosequatur 1, 11, 19. vicit compositionis d. 9, 4, 44. decor quoque a gestu atque a motu venit 11, 3, 67. β) *Genit. et Dat.:* decoris gratia 3, 8, 35. 4, 2, 19 *N.* quosdam (*tropos*) gratia significationis, quosdam decoris assumi 8, 6, 2. hoc faciunt gratia decoris, qui est in dicendo pulcherrimus (*sic Amb.* 1; *Sp.* quod — pulcherrimum) 8, Pr. 18 *N. et S.* decoris illa sunt 11, 3, 69. decoris hanc magis et excultae cujusd. elegantiae appellationem (*sc. facetum*) puto 6, 3, 20. hujus, de quo loquimur, decoris custodia 11, 1, 57; non consuetudini et decori serviebamus 1, 6, 18. γ) *Accus.:* ut humanae formae decorem addiderit supra verum, ita non explevisse deorum auctoritatem videtur 12, 10, 8. Nullusne ergo etiam frugiferis adhibendus est decor? 8, 3, 9 *Z.* in quibus omnibus mire custoditur ab hoc poëta decor (*a. l.* decorum) 10, 1, 71 *N. cr.* quibus omnibus debetur suus decor 11, 1, 41. hoc ut, cum decorem (*a. l.* decorum) habet, periphrasis est; ita, cum in vitium incidit, περισσολογία 8, 6, 61. firmiora erunt ipsa (*argumenta*) et plus habebunt decoris 5, 12, 6. non decorem compositionis quaerimus, sed facilitatem 9, 4, 145. cum praecipue in actione spectetur decor (*a. l.* decorum) 11, 3, 177. praecipuum in actione — caput est, cum ad decorem tum ad significationem 11, 3, 68. δ) *Ablat.:* ad quod impetu ac viribus et decore est opus 12, 2, 11. morem communis sermonis decore quodam scenico exornant 2, 10, 13. quae in oeconomia virtus, quae in decore (*Sp.* decoro) 1, 8, 17 *Z.*

Decorus. vox et actio decora 10, 1, 17. aut licet aut decorum est 5, 10, 40. receptum magis puto quam oratori decorum 11, 3, 104. philosophiam ex professo ostentantibus parum decori sunt plerique orationis ornatus 11, 1, 33. *cf.* 3, 8, 41. robur ac lacertos *etc.* parum existimant decora 5, 12, 18. juvenum bellicosorum et athletarum corpora decora vere existimaverunt *ib.* 21. digitus est et approbantibus *etc.* decorus 11, 3, 101. *v.* Decus.

Decresco. ne a potentissimis argumentis ad levissima decrescat oratio 5, 12, 14. *cf.* 9, 4, 23. admiratio decrescit 1, 3, 5.

Decretorius. pugnam decretoriam (*a. l.* decertoriam) 6, 4, 6 *N.*; decretoriis (*a. l.* dextris et laevis) exerceatur (*transl. de oratore*) 10, 5, 20 *N.*

Decretum. cum sit sententia decretum quoddam atque praeceptum 10, 5, 12. similes sunt consiliis aut decretis (*sententiae*) 8, 5, 3. rara haec occasio est, ut referri possint — decreta 3, 7, 17. adversum decreta principum vel magistratuum remedium nullum est 5, 2, 5. velut decretis technicorum tutus 2, 13, 15.

Decuriae. cum judicem rura plerumque in decurias mittant 4, 2, 45 *N.*

Decurro. I) *proprie:* militi sine gladio decurrenti 6, 3, 90. coelo decurrit aperto 7, 9, 10 *N.* manus in scribendo decurrit 10, 7, 11. ea, quae emiserint (*pilarii*), qua jubentur decurrere *ib.* si in hostes decurrendum (*Codd.* recurr.) 7, 7, 4. II) *transl.* α) *de personis:* decurrebant ad schemata 9, 2, 79; in hac (*rerum repetitione*) decurrendum per capita 6, 1, 2. quibus generibus per totas quaestiones decurrimus 9, 2, 48. decurrere per materiam stilo quam velocissimo 10, 3, 17. β) *de oratione et rhythmo:* quae continuo magis orationis tractu decurrunt 5, 8, 2. rhythmi —, qua coeperunt sublatione ac positione, ad finem usque decurrunt 9, 4, 55. versus semper una ratione decurrit *ib.* 60. oratio gaudebit occasione laetius decurrendi 12, 9, 2; decurrentes contexto nitore circuitus 11, 1, 6. continuos et decurrentes locos 11, 3, 84. decurrentis orationis 9, 4, 61. decurrentibus periodis 11, 1, 49. similiter decurrentium spatiorum 9, 4, 114.

Decursus. impediri eorum, quae dicit, decursum 11, 2, 25. totum illum decursum, non sex vel quinque partes, ex quibus constat versus 9, 4, 115.

Dedecet. ubi vox vel inter dentes expressa non dedecet 11, 3, 104. audere non ded. 12, 6, 3. togam removeri non dedecebit *ib.* 124. extremam oram (*sinus*) rejecisse non dedecet *ib.* 170.

Dedico. qui proprie libros huic operi dedicaverunt 9, 3, 89. quod libris dedicatur 12, 10, 50. operis tibi dedicati 4, Pr. 1.

Dedignatio. est quaed. tacita ded., vim dicendi, tantis comparatam laboribus, ad unum auditorem demittere 1, 2, 31.

Dedisco. sermoni, qui dediscendus sit 1, 1, 5.

Deditio. de facienda ad hostem deditione 3, 8, 23.

Dedo. si se dediderint 3, 8, 31; qui se uni alicui generi dediderunt 10, 2, 23. qui se non otiosis disputationibus, sed administrationi reip. dediderit (*a. l.* dederit) 11, 1, 35. dediderim (*a. l.* dederim) periculis omnibus, obtulerim insidiis, objecerim invidiae *Cic.* 9, 3, 45. deditum meretrici 8, 3, 48. sibi deditos amatores (*a. l. om.*) 10, 1, 93 *N. cr.* huic parti proprie assignata et velut dedita (*a. l.* debita) 4, 2, 62.

Dedoceo. cum geminatum onus succedentes premat, et quidem dedocendi gravius ac prius quam docendi 2, 3, 2.

Deduco. I) *proprie:* quem in forum deduximus 12, 6, 6. sic ad se Coelium deductum a patre Cicero profitetur 12, 11, 6. longo itinere deducta animalia 11, 2, 6; ad imum ventrem deducere (*manum*) 11, 3, 112; deducere deos (*in dicendo*) 9, 2, 31. II) *transl.* α) *ad aliquem finem:* causis, propter quas innocens in periculum deducatur 4, 2, 12; plura argumenta ad unum effectum deducuntur 9, 2, 103. ut ipsa rerum necessitas deducat (*a. l.* diduc.) ad defensionem 7, 1, 35. species libertatis deducere ad temeritatem solet 12, 9, 13; communes loci ab generali tractu ad quasdam deduci species solent 2, 4, 22. quod (*sce-*

ptrum) a Jove ad Agamemnonem usque deducit (*Homerus*) 9, 3, 57. *β*) *i. q. detraho:* ex illo, quod amplectuntur (*pedes*) quartam (*partem*) deducent, eodem circumductu 1, 10, 43. *γ*) *i. q. distinguo:* fuerunt, qui ipsum adhuc vocabulum ab appellatione deducerent 1, 4, 20. haec tria genera quidam deducunt a soloecismo 1, 5, 40. Cic. genus et speciem a finitione deducit, et iis, quae ad aliquid sunt, subjicit 5, 10, 62. (*sic Z. ex optt. Codd. dedit; Sp. his tribus locis* diduc.). *δ*) *a filo nentium ad orationem transl. i. q. attenuo:* Ὀδυσσεὺς ad Ulyssem deductus est 1, 4, 16; commentarios, quos adolescens deduxerat 3, 6, 59 *N.*; deducta atq. circumlata oratio 4, 1, 60 *N.* *v.* Circumfero. deductum carmen *Virg.* 8, 2, 9.

Deerro. ut itinere deerremus 10, 3, 19; quae (*signa*) intuentes deerrare non possumus 11, 2, 32. non deerrare verbis 12, 10, 64. significatione deerrat 1, 5, 46.

Defectio. — lunae 1, 10, 47.

Defendo. *α*) *simpliciter:* defendere difficilius quam accusare 5, 13, 2. patronus neget, defendat, transferat *etc. ib. cf. ib.* 4. *v.* Transfero. negare sit satius an defendere? 6, 5, 5. qui defendunt 3, 4, 6. se defendente 11, 1, 28. fortissime defendentis 5, 13, 5 *N.* *v.* Accuso. refutatio cum sit in defendendo *etc.* 6, 3, 72. accusandi, defendendi (*species causarum ap. Anaximenem*) 3, 4, 9. *β*) *c. Objecto:* defenderunt eosdem 10, 1, 24. neque defendet omnes orator 12, 7, 4. si Nasica post occisum Gracchum defendatur 5, 3, 24; fortius id liberiusque defendere 5, 3, 24. vel defendenti eadem, vel neganti 4, 1, 46. 6, 3, 10. quotiens factum non negatur, sed defenditur 3, 6, 27. quod reprehendit Lauranius, Messala defendit 9, 4, 38. ad defendendum (*a. l.* deferendum), quod objicitur 5, 10, 35. adolescentium defendere amores 6, 2, 15. def. causam 4, 2, 27. unum crimen varie def. 4, 5, 8. melius objicientem crimina, quam defendentem 6, 3, 69. objecta vel neget, vel defendat, vel minuat 7, 2, 29. *v.* Nego; Cicero maxime quinque (*partes*) defendit 5, 14, 5. *γ*) *adj. Ablat.:* tertii loci pars prior — multis argumentis defendi potest 5, 10, 118. defenditur (*sc. arrogantia*) aliquatenus aetate, dignitate, auctoritate 11, 1, 28. ne hoc quidem nudum est intuendum, qualem causam vir bonus, sed etiam quare et qua mente defendat 12, 1, 37. quod facto defendi non potest, jure nitetur 7, 4, 26. si tuendum susceperit (*tyrannum*), non tam falsis defendet, quam qui apud judices malam causam tuetur 12, 1, 40. Ennius poëtico jure defenditur 1, 5, 12. ut (*innocens*) eadem actionis ratione defendendus sit, qua, si nocens esset 12, 1, 45; factum ex contrario defenditur 7, 4, 9. voluntas utrinque defenditur 7, 6, 2. foedus Numantinum sic defendat 7, 4, 12. *δ*) *ab aliqua re:* (*figura*) nos a vulgari dicendi genere defendat 9, 3, 3. salsum — a taedio defendit orationem 6, 3, 19. incurvicervicum vix a risu defendimus 1, 5, 70.

Defensio. *α*) *Nominat.:* a parte ejus, qui causam dicit, aut defensio est, aut imminutio, aut deprecatio, aut excusatio *ib.* 3. omnis nostra def. constat ejus actione, qui vindicatur 7, 4, 8. in quo primum insistit quasi ad repugnandum congressa def. 3, 6, 13. confessionem praecedat def. 9, 2, 13. subjacet utilitati etiam illa def., si pejus aliquid futurum fuit 7, 4, 12. *β*) *Genit.:* illud judiciale genus defensionis 11, 1, 9. illo paene Socratico genere def. *ib.* 12. def. genus, quod κατ' ἀντίθεσιν vocant 7, 4, 7. def. permutatio 5, 13, 42. rationem defensionis suae reddidit 11, 1, 69. quaedam (*laudes*) in

def. speciem cadent 3, 7, 6. non est committendum, ut illa dubia faciam defensionis solicitudine 1, 10, 30. γ) *Dat.:* illorum, quae egerat in consulatu, frequens commemoratio non gloriae magis, quam defensioni data 11, 1, 18. quod insectationis genus defensioni permixtum legimus 5, 7, 6. δ) *Accus.:* attingenda defensio, ut id pro Rep. fuerit 7, 1, 35 *N.* ex causis facti ducta defensio 7, 4, 9. cummunes loci ex mediis sunt judiciis, et, si reum adjicias, accusationes. — Habent autem nonnunquam etiam defensionem 2, 4, 22. qui ultionem malunt quam defensionem 12, 9, 10. an aliter defensionem Socratis scripsisset (*Plato*) 2, 15, 29. defensionem imitatus est 6, 3, 74. praefatione, qua def. promittatur 7, 1, 11; quando eum ad defensionem nocentium ratio duxerit 12, 1, 34. ut ipsa rerum necessitas ad defensionem deducat 7, 1, 35. ε) *Ablat.:* reus debebit esse in defensione moderatus 7, 4, 31. *cf.* 11, 1, 51. 12, 1, 36. confirmare id ipsa defensione, quod diluendum est 9, 2, 80. ut — eandem rem nostris verbis mitioribus proferamus — et protinus cum quadam def. 5, 13, 26. *v.* Accusatio. ζ) *c. Attrib.* a) *Adj.:* conjuncta defensio 7, 1, 15 *N.* — duplex 4, 5, 17. — nobilis 5, 12, 10. — longe potentissima 7, 4, 4. — scripta 11, 1, 11. — timida 7, 1, 36. b) *Genit.:* Orestis, Horatii, Milonis defensio 7, 4, 8. — sociorum 4, 1, 49. — causarum 12, 1, 36. *v.* Causa. — criminis 7, 4, 3. — facti *ib.* 13. — ipsius negotii 4, 2, 27. — probitatis ac dignitatis 4, 5, 19. — sententiae 2, 17, 6. — verecundiae 4, 5, 21.

Defensor. 3, 6, 83. *opp.* petitor 4, 2, 132. — bonus 5, 13, 3. — idoneus suae rei 4, 1, 46. neque illi malunt habere tutores aut defensores, quanquam sciunt placuisse Catoni. *Brut. epist.* 9, 4, 75.

Defero. I) *proprie:* casus, quo in terram deferuntur 1, 12, 10. acto illo in insaniam, et per praecipitia delato 1, 10, 33. II) *transl.* α) *i. q. affero:* qui ad agendum nihil cogitati detulerit 4, 5, 2. fabulas in certamen deferre 10, 1, 66. nec inveniuntur (*signa*) ab oratore, sed ad eum cum ipsa causa deferuntur 5, 9, 1. β) *i. q. mando, tribuo:* qui nullo deferente (*a. l.* offer.) jurare sit paratus 5, 6, 3. ne unquam jusjurandum deferremus *ib.* 6. quamvis ei secundas fere grammaticorum consensus deferat 10, 1, 53. γ) *i. q. accuso:* et minari et deferre etiam non orator potest 4, 1, 22. eadem filius detulit de noverca 4, 2, 98. reos ejusd. criminis detulerunt 11, 1, 79. *v.* Reus.

Deferveo. quae defervisse tempore (*a. l.* deferbuisse) 12, 6, 4 *N. cr.*

Deficio. I) *i. q. vires amitto:* facile deficit affectus, qui descendit 6, 1, 29. deficit animus 1, 10, 8. corpora deficiant 11, 3, 26. deficere mundum 5, 10, 79. deficit omne quod nascitur 5, 10, 79. nec eo usque trahatur (*spiritus*), donec deficiat 11, 3, 53. prius audiendi patientia quam memoriae fides deficit 11, 2, 8; malle eum deficere quam desinere 12, 11, 3 *N.* etiam deficiens (*i. e. moribundus*) 6, Pr. 11; ingenia puerorum nimia emendationis severitate deficere 2, 4, 10. deficientis dolore et fatigatione 11, 3, 173. II) *i. q. desum:* nisi lagena defecisset 6, 3, 10. si omnia defecerint 5, 13, 24. *cf.* 12, 9, 8. non naturam defecisse sed curam 1, 1, 2. *cf.* 7, 1, 59. in eo, quod ultra est, verba deficere 8, 4, 5. III) *i. q. destituo.* α) *Act.:* nemo sic in majoribus eminet, ut eum minora deficiant 2, 3, 6. laboratam actionem aqua deficit 12, 6, 5. bonos (*a. l.* bonis) nunquam honestus sermo deficiet 12, 1, 30. *cf.* 12, 9, 21. β) *Pass.:* quibus si deficiamur 3, 6, 83. et affectibus, et jucunditate, et dispositione et omnino arte deficitur 10, 1, 53. aqua ciboque defecti 3, 8, 23. si deficietur (*a. l.*

deficiet) numero pars diversa 5, 7, 23. viribus deficiemur (*a. l.* deficiemus) 4, Pr. 7.

Defigo. oculis in terram defixis 11, 3, 158.

Definio. neque ego annos definiam 12, 6, 1. nec uno modo definitur res eadem — et latiore varioque tractatu 7, 3, 16. certa definitaque materia 7, 10, 7. et generales quaestiones et definitae, 7, 2, 1.

Definitio. — pars translationis 3, 6, 42. in definitionibus assignatur etymologiae locus 1, 6, 29.

Deflecto. I) *averto:* Germanicum Augustum ab institutis studiis deflexit cura terrarum 10, 1, 91. in ipsos factum deflectitur 7, 2, 23. quod adversarius in suam utilitatem deflectere potest 4, 1, 71. II) *de mutatione pronuntiationis aut sermonis:* mala vel imbecilla (*vox*) — aliqua cogit, ut intermittere et deflectere *etc.* 11, 3, 13. sermo rectus et secundum naturam enuntiatus nihil habere ex ingenio videtur: illa vero, quae utcunque deflexa sunt, tanquam exquisitiora miramur 2, 5, 11. haec, quae tantum inter se pugnant, plerumque nominibus deflecti (*i. e. mutatis nominibus inter se conciliari*) solent 3, 8, 32 *N.* cum sit a simplici loquendi genere deflexa (*figura*), virtus est 9, 3, 3. *cf.* 9, 1, 3. ab asperioribus ad leniora deflectitur (*a. l.* inde flectitur) 6, 3, 87.

Defleo. deflebimus eversionem civitatis 3, 8, 12. Thebas deflevit 11, 3, 168. aliena mala deflentes 6, 1, 26. in deflenda nece 11, 3, 8.

Defluo. in omnia deliciarum vitia defluximus 1, 8, 9; tantum ab eo (*adolescentes*) defluebant, quantum ille (*Seneca*) ab antiquis descenderat 10, 1, 126 *N.*

Deformis. α) producere ipsos, qui periclitentur, squalidos atque deformes 6, 1, 30. quod est utrumque deforme 11, 3, 106. per se deforme 8, 4, 8. dandus illis deformibus color 3, 8, 44. dictu deformia 1, 3, 16. 8, 6, 59; deforme atque servile est, caedi discentes 1, 3, 14. interim persuadere deforme sit 11, 1, 11. *cf.* 9, 4, 72. 11, 3, 81. 125. β) *c. Nominibus:* deformes blanditias 8, 3, 65. def. et incommoda turbae conflictatio 3, 8, 29. — convicia 6, 4, 10. — exemplum 3, 7, 21. — haesitatio 11, 2, 48. — libido 8, 6, 40. — aliquod nomen 9, 4, 33. orationem magis def. 9, 4, 15. def. pax 2, 16, 7. — pertinacia 12, 1, 13. — consumti spiritus sonus 11, 3, 53. — translatio 8, 6, 15. non deformi voluptate sed cum laude ac dignitate conjuncta 8, Pr. 33 *Z.*

Deformitas. I) *de turpitudine formae:* def. affert frigus 6, 1, 37. 40. amissi oculi def. 2, 13, 12. collum diversa quidem sed pari deformitate et contrahitur et tenditur 11, 3, 82. risus habet sedem in deformitate aliqua et turpitudine 6, 3, 8. II) *de pravitate morum:* ut per se foeda vomendi necessitas — hanc quoque adjiceret deformitatem, ut cibus teneri non posset postridie 9, 4, 30 *Z.* si qua est rei def. 8, 3, 39. deformitati proximum est humilitatis vitium *ib.* 48. immo hercule, quod est huic deformitati propius, cymbalis adjuvemus (*vocis modulationem*) 11, 3, 59. si judicibus ipsis deformitati est futura absolutio rei 6, 1, 12.

Deformiter. junctura def. sonat 8, 3, 45. multa def. dicet 11, 1, 82. non def. respectet (*actor*)? 12, 3, 2.

Deformo. I) *i. q. corrumpo:* deformarunt (*a. l.* deformaverunt) *Cic.* 9, 3, 31. haec ipsa fiducia lacerat ac deformat orationem 10, 7, 32. monilibus *etc.*, quae sunt ornamenta feminarum, deformentur viri 11,

IV) *adjecto initio aut origine.* α) *c. Adv.* *unde:* Ad aliquid, unde ductae translatio et comparatio. 3, 6, 23. Quid sit status, et unde ducatur (*a. l.* dic.) *ib.* 1 *N. cf.* 1, 6, 29. aliunde originem ducunt 1, 6, 38. β) *c. Praepos. ab:* ducuntur argumenta a personis, causis, locis *etc.* 5, 10, 94. *cf. ib.* 23. 7, 2, 31. benevolentiam aut a personis ducimus, aut a causis accipimus 4, 1, 6. ducitur conjectura a praeteritis 7, 2, 27. duci exordium a nostra persona 3, 8, 8. 4, 1, 7. Chrysippi finis ille (*rhetorices*) ductus a Cleanthe 2, 15, 35. illud genus (*servorum*), quod ducebatur a domino 1, 4, 26. a lacte cunisque initium ducit 1, 1, 21. *v.* Initium. nomen a Graeco ductum 1, 6, 13. *cf.* 3, 7, 1. 5, 10, 6. opinio originem ab Isocrate duxit 2, 15, 4. a longinqua similitudine ductae (*translationes*) 8, 6, 17. γ) *c. Praepos. ex:* e (*a. l. om.*) luto vasa ducendi artem 2, 17, 3 *N. cr. cf.* eadem cera aliae atque aliae (*a. l.* in alias atque alias) formae duci solent 10, 5, 9 *N. cr.;* aliquid non ex communi ratione ductum 5, 8, 6. e contrario ductis 4, 1, 14. omnia, quae ex facto ducuntur 5, 9, 12. non omnia ducentes ex Graeco 2, 14, 1. complura dicunt, sed ex paucis locis ducta 2, 17, 16. *cf.* 5, 10, 102. 6, 2, 20. quaedam ex occasione vel ex necessitate ducimus (*Sp.* dicimus) 4, 3, 16 *Z.* ex scripto ducere, quod scriptum non est 7, 8, 6; ex insequentibus amplificatio ducitur 8, 4, 17. quae appellatio dicitur ducta vel ex eo, quod *etc.* 3, 6. 4. argumentum ducet ex ipsa lege 3, 6, 102. *cf.* 5, 7, 33. 6, 1, 4. 7, 2, 13. *v.* Argumentum. ex qua (*cavillatione*) Graeci controversias ducunt 7, 9, 4. loci, ex quibus haec dicta ducuntur 6, 3, 36. *cf. ib.* 46. exemplum, quod ex dialogis Socraticorum duci potest 5, 7, 28. *cf.* 5, 11, 9. 7, 6, 7. in illam partem sequentem ex priori fides ducatur 4, 5, 17. annominatio — ex vicinia quadam praedicti nominis ducta, casibus declinatur 9, 3, 66. initium ex lectione ducunt 1, 9, 3. ex his orationem ducimus 6, 2, 17. Gurdos — ex Hispania duxisse originem 1, 5, 57. (*prooemia*) et longe a materia duci, — et ex aliqua rei vicinia 3, 8, 9. *cf.* 4, 1, 30. quaestiones ex persona petitoris duximus 7, 1, 54. ut ex natura ipsarum rerum duceretur ratio suadendi 3, 8, 14. quomodo ex quaestionibus ducemus sententias? 4, 1, 24. *cf.* 6, 3, 36. ex consuetudine philosophorum ducta servitus 7, 3, 16. similitudo, quae ducitur ex rebus paene paribus 5, 11, 22. 5, 13, 23. ex magnitudine rerum spiritum ducat 1, 8, 5. statum semper ducendum ex prima quaestione 3, 6, 7. *cf.* 7, 8, 3. quorum tractatus ex ipso meritorum genere ducuntur 7, 4, 21. ex historia ducere urbanitatem 6, 3, 98. verbum ex verbo ductum 1, 6, 28. casnar e Gallia ductum 1, 5, 8.

V) *transl. i. q. existimo:* vocis genus exercitationis optimum duco 11, 3, 29. quid tam dignum cultu ac labore ducamus 2, 16, 17. *cf.* 1, 5, 11. alioqui non pejus duxerim tardi esse ingenii 1, 3, 2. turpe ducet cedere 1, 2, 21. materiam dicendi nobis, quod volumus, ducentibus 5, 13, 42 *N.* nec duxerim (*a. l.* dixerim) nefas 4, 2, 85. *v.* Nefas. falsa et impropria virtutes ducentes (*a. l.* virtute dicentes) 12, 10, 42. nec in carmine vitia ducenda sunt 1, 5, 18. [vigilandum ducat, iterum (*Ambr.* 1. vig., dicendum, en.; *unde Z. conjecit* studendum; *Gernh.* judicandum) enitendum, pallendum 7, 10, 14. *S.*]; omnia, quae in themate non sunt, pro nobis ducimus 7, 2, 54. (*signum*) ceteris adjunctum

testimonii loco ducitur (*a. l.* dic.) 5, 9, 10; illi declamare modo officii sui ducunt 2, 1, 2.

Ducto. ductare exercitus *Sallust.* 8, 3, 44.

Ductus. I) d. literarum 1, 1, 25. 26. 10, 2, 2. II) totius ductus (*i. q. circumductus*) hic est quasi mucro 9, 4, 30. III) *i. q. ordo:* Est autem quidam et ductus (*a. l.* cond.) rei credibilis, qualis in comoediis 4, 2, 53 *N. cr.*

Duellum. ex duello bellum 1, 4, 15.

Dulcedo. nos haec ipsa dulc. longius duxit 1. 12, 19. avium dulc. ad avium duxit 9, 3, 70.

Dulcis. *transl.* α) *de rebus:* dulci dulcius non adversum 2, 17, 35. plenius adhuc et lentius, ideoque dulcius 11, 3, 167; dulce carmen 12, 10, 33. egressiones et lenes et dulces et remissae 11, 3, 164. d. exclamationes *ib.* 179. fructum studiorum viridem et adhuc dulcem 12, 6, 3. d. genus dicendi 2, 8, 4. medius hic modus erit — sententiis dulcis, lenior tamen, ut amnis lucidus quidam *etc.* 12, 10, 60. dulcis, non exprobrans sonus 11, 3, 16 *N.* in eloquendo pleraque abundant dulcibus vitiis 10, 1, 129. vox — firma, dulcis, durabilis 11, 3, 40; affectus dulciores 10, 1, 101. dulciorem melle sermonem 12, 10, 64. quo est dulcius (*versificandi genus*) 9, 4, 143. β) *de personis:* d. comes 1, 4, 5. dulcis imprimis et acutus Hyperides 10, 1, 77. dulcis et candidus Herodotus *opp.* densus et brevis *ib.* 73. loquendo (*Sp.* in loq.) dulcis magis 12, 10, 44 *Z.* mater mea, quae mihi tum carissima, tum dulcissima fuit *Asin.* 9, 2, 34.

Dulciter. jucunda dulc. canit 1, 10, 24. *v.* Cano. dicere graviter, dulc. 4, 2, 62. vehementer, dulc. dictum 9, 4, 13. blande, leniter, dulc. dicet 12, 10, 71; dulcius spirant (*literae*) 12, 10, 27.

Dum. I) *temporale.* α) *i. q. quo tempore:* suspectum testem, dum prodest, dimittere 5, 7, 21. d. rus tendit, repetito totius certaminis ordine 11, 2, 38. quem (*Periclem*) fulminibus — comparant Comici, d. illi conviciantur 12, 10, 24. d. assequimur illam firmam facilitatem, optimis assuescendum est 10, 1, 59. quod interpositionem *etc.* dicimus, — d. continuationi sermonis medius aliquis sensus intervenit 9, 3, 23. quod accidit mihi, d. contendo 10, 1, 125. *II.* nihil proprium placet, d. parum creditur disertum 8, Pr. 24. qui, d. malus videtur, non utique male dicit 6, 2, 18. d. alia dicimus, quae dicturi sumus intuenda sunt 11, 2, 3. plerosque videas haerentes circa singula, et dum inveniunt, et dum inventa ponderant 8, Pr. 27. dum discimus, non d. dicimus *ib.* 29 *N. cf.* 12, 6, 3. β) *i. q. quamdiu:* ad haec accommodanda manus est, dum erit prima et composita actio 11, 3, 110. Sed haec amictus observatio, dum incipimus (*sc. est*) *ib.* 144. sic et tirocinii metum, d. facilius est audere, transierit 12, 6, 7. cognoscere, et praecepta vivendi perdiscere, *etc.* potuimus, d. scholastici sumus 12, 11, 16. Catullus in Epithalamio, Dum innupta manet, dum cara suis est; cum prius dum significet quoad, sequens usque eo (ἐξαλλαγή) 9, 3, 16; mox velut aura solicitante provecti longius, dum tamen (*a. l.* tantum) nota illa — praecipimus 12, Pr. 2; Et haec, dum infirma aetas majora non capiet 1, 11, 14. dum vixit 6, 3, 51; non tantum dum adolescit juvenis, — sed etiam cum est consummatus *etc.* 10, 5, 14. non dum fiunt, sed cum facta sunt 12, 9, 4. quae fortia, dum dicuntur, videbantur, stulta, cum laeserunt, vocantur *ib.* 13. cujus matrem, dum vixisset, ludum, postquam mortua esset,

magistros habuisse 6, 3, 51. II) *restringens.* α) dandum aliquid comoedo quoque, dum eatenus, qua pronuntiandi scientiam futurus orator desiderat 1, 11, 1 *N. cr.* quomodo et similitudine, dum brevi, — utemur 4, 1, 70. eligere quaedam, d. ex iis, quae *etc.* 9, 4, 58. cludit interim optime prima pars versus, d. intra paucas syllabas *ib.* 72. sit primo vel tardus, d. diligens, stilus 10, 4, 5. adjicere, dum non otiosa, et detrahere, dum non necessaria 9, 4, 58. *β) seq. Conjunct.* a) dicant sine his in foro multi, et acquirant; dum sit locupletior aliquis sordidae mercis negotiator 1, 12, 17 *N.* Nam se quoque moveri interim finget, ut pro Rabirio Postumo Cicero, d. aditum sibi ad aures faciat, et auctoritatem induat vera sentientis (*a. l.* facit — induit, *quam Sp. frustra defendit*) 4, 1, 46 *N. cr. et S.* d. res ipsa volentibus discere appareat 8, 4, 15. d. meminerimus 10, 1, 33. *cf.* 2, 10, 6. 3, 6, 2. 5, 10, 75. 9, 4, 100. b) *adj. tamen:* dum tamen intelligatur 1, 1, 11. d. tamen constet 2, 12, 7 *N.* dum sciamus tamen (*a. l. om.*) 8, Pr. 32. c) *adj. non:* dum nos indulgentia illa non fallat 10, 3, 7. dum rem contineant, et copia non redundent 12, 10, 48. [dum ne pugnantibus (*Z.* interdum repugn.) inter se duabus 1, 5, 65 *N. cr.*]

Dumus. sentes ac dumos *opp.* fructus 5, 11, 24.

Duntaxat. α) *i. q. modo:* nec aliae species erunt, etiamsi unus a duobus, dunt. eandem rem atque ex eadem causa, petet 3, 10, 2. *β) i. q. certe, saltem:* alii ex idoneis dunt. auctoribus octo partes secuti sunt 1, 4, 20. in componenda toga, duntaxat in judiciis, — paulum commorandum 11, 3, 156. *cf. ib.* 162; narrationem rei nunquam exiget privata deliberatio, ejus dunt. rei, de qua dicenda sententia est 3, 8, 10 *N.* neque virtus ulla perpetuae dunt. orationis reperiri potest, quae non sit cum hac dicendi meditatione communis 2, 10, 2.

Duo. α) *simpliciter.* a) *de personis:* quod duo invicem objiciunt 7, 2, 18. *cf.* 3, 6, 102 *Z.* vix duo connixi 8, 4, 24. b) *de rebus:* sunt haec duo vitanda prorsus: unum — alterum 2, 8, 14. duo tamen — servavit, primus — deinde 11, 1, 62. cujus (*sermonis*) ornatus in haec duo prima dividitur 8, 3, 40. *v.* Divido. (*praejudicia*) confirmantur praecipue duobus 5, 2, 2. de praemiis quaeruntur duo — ex duobus — ex pluribus. 7, 4, 21. componendus est e duobus intellectus 8, 6, 66. si unum (*i. e. unum tantum*) sit ex duobus eligendum 12, 9, 6 *N. cf.* 5, 10, 69. tertium adjici ex consensu duorum antecedentium 5, 14, 6. *β) c. Subst.:* qui duo affectus (*a. l.* quae in affectibus) 10, 1, 107. per C ac duas insequentes (*literas*) 1, 7, 5. quarum duae primae — duae sequentes (*species*) 3, 4, 9. qui duos status fecerunt 3, 6, 32. quae ut vocales junguntur, aut unam longam faciunt, aut duas 1, 4, 10 *N.* spondeum longis duabus 9, 4, 80. ut duae ultimae syllabae pro una sonent *ib.* 109. *v.* Unus.

Duodecim. tabulae 5, 14, 18. in lusu duod. scriptorum 11, 2, 38 *N.* in XII signis *ib.* 22. in XII tabulis 1, 6, 11. 3, 6, 84.

Duodeviginti. — annos 8. 5, 17.

Duplex. — acies 5, 7, 3. — ejus rei causa 2, 1, 1. — cura 11, 2, 25. — error 2, 3, 3. — infitiatio 8, Pr. 9. — intellectus verborum 1, 5, 2. — judicia 11, 1, 78. — opera 10, 4, 1. — quaestio 10, 3, 4. — ῥυθμός 9, 4, 47. — via 1, 6, 4. — virtus memoriae 1, 3, 1; metum duplicem intelligi volo 6, 2, 21. esse eam (*partem*) aliquando simplicem — nonnunquam duplicem 8, 5, 4. Sunt propositiones et simplices, et duplices vel multiplices 4, 4, 5. Ea duplex observatio: altera — altera 9, 4, 121. *cf.* 11, 3, 171. *v.* Alter. duplicia (*a. l.* duplicata) et

idem significantia (*verba*) 8, 3, 43. verbis dubiis et quasi duplicibus 9, 2, 69. duplices leges sicut duae colliduntur 7, 7, 10. et numerus duplex, nec duplum virium 8, 6, 42; duplices exigere mercedes, quam si rudes traderentur 2, 3, 3 *N*.

Dupliciter. quaestio — in judiciali materia dupl. accipienda est, altero modo — altero 3, 11, 2. cum dupl. divisisset 3, 3, 7. 3, 6, 23. dupl. peccant 1, 5, 23. in his omnis factorum dictorumque ratio versatur, sed dupl. 5, 10, 46.

Duplico. exercitatio comparationis — duplicat materiam 2, 4, 21. quae et ipsa duplicantur 6, 1, 23. duplicatur interim haec virtus 8, 6, 12. haec cum per se figura est, tum duplicatur 6, 2, 34.

Duplus. duplum virium 8, 6, 42.

Durabilis. spiritus nec brevis, nec parum durabilis 11, 3, 32, tam molli teneraque voce, quam forti ac durabili *ib.* 23. vox — firma, dulcis, durabilis *ib.* 40.

Dure. — vel dure inter se commissa (*verba*) 9, 4, 58. nihil est tam indecens, quam cum mollia dure (*a. l.* dura) fiunt (*a. l.* durescunt) 10, 2, 19 *N*. d. jungere 8, 6, 33; durius composita 9, 4, 15. mutandus est casus, si durius is, quo coeperamus, feratur (*i. e. currit*) *ib.* 117 *N*. quod fit retrorsum durius 8, 6, 24.

Duresco. necesse est deteratur fulgor, et durescat articulus 10, 5, 16. Gracchorum Catonisque *etc.* lectione durescere 2, 5, 21.

Duro. I) *Act.* α) *de constantia:* dura, anime, dura: here fortior fuisti *Gallio*. 9, 2, 91. non durat ultra poenam abdicationis (*pater*) *ib.* 88 *N*. durandum est, quia coepimus 4, Pr. 7. in sudata veste durandum 11, 3, 23. β) *de tempore:* sapor durat 1, 1, 5. cum Graecae figurae assidua consuetudine haeserunt, in diversa quoque loquendi ratione pertinacissime durant 1, 1, 13. [consuetudine, quae duratura non sit (*sic Sp. de conj. Reg.*) 11, 3, 24. *v.* Desidero.] ultra quam ullus spiritus durare possit 8, 2, 17; diutius duravit, ut E I jungendis eadem ratione, qua Graeci ει uterentur 1, 7, 15. ad posteros virtus durabit 3, 1, 21. durans ad hoc tempus saltatio 1, 11, 18. inde durat ad nos usque *vehementer* et *comprehendere etc.* 1, 5, 21. amicitiae, quae ad senectutem usque firmissimae durant 1, 2, 20. cum antiquitus usque a Chirone ad nostra tempora apud omnes duraverit (*studium*) 1, 10, 30; durat prope in infinitum (*memoria*) 11, 2, 8. neque durassent haec in aeternum 5, 11, 41. ultra Socratem usque duravit (*Gorgias*) 3, 1, 9. II) *Pass.:* duratos muria pisces 8, 2, 3. multa linguae vitia inemendabili in posterum pravitate durantur 1, 1, 37; is etiam ad plagas, ut pessima quaeque mancipia, durabitur 1, 3, 14.

Durus: I) *de rebus.* α) *simpliciter:* Quid enim crudelius, quam homines, honestis parentibus ac majoribus natos, a rep. summoveri? Itaque durum id esse summus ille tractandorum animorum artifex confitetur 11, 1, 85; *in dicendo:* quod prima propositione durum videtur 12, 1, 36. quibus durum erat, dicere 9, 2, 92. rectum erat, sed durum et incomtum 8, 6, 65. non durum sit neque abruptum, quo animi velut respirant 9, 4, 62. etiamsi ipsa sunt dura, in id tamen valent, ut ea molliant, quae sequuntur. 4, 5, 16. quaeque fortia, si liceret, forent, ut dura molliunt 5, 12, 18. *cf.* 8, 3, 31. disparata, ut dura non duris (*opposita*) 5, 11, 31; *in artibus:* duriora Callon atque Hegesias, jam minus rigida Calamis, molliora adhuc Myron fecit 12, 10, 7. β) *c. Subst.:* animos ad

pleraque duriores robur facit 1, 1, 22. dura appellatio 3, 8, 25. paulo durior causa 4, 1, 25 *N.* durum aridumque compendium 4, 2, 46. duram compositionem 9, 4, 142. *v.* Asper. duriorum consonantium 11, 3, 35. ipsis sonis durior (*Lat. facundia*) 12, 10, 27. d. interpretatio 2, 14, 2. iter neque impervium neque saltem durum 12, 11, 11. durissimae leges 1, 10, 15. mores duri, remissi 4, 1, 17. memoria natura durior 11, 2, 48. naturam factam duriorem 11, 1, 70. aspera et dura *etc.* oratio 8, 6, 62. d. propositio 4, 5, 5 *N.* dura prima fronte quaestio 7, 1, 55. d. syllabas 12, 10, 29. durae, id est, a longinqua similitudine ductae (*translationes*) 8, 6, 17. d. verba 1, 5, 72. *cf.* 8, 3, 33. dura et flexibilis (*vox*) 11, 3, 15. *cf. ib.* 32. II) *de hominibus:* necessitate nos durum hominem (*dicimus*) 8, 6, 6; ille durus atque ineruditus 8, Pr. 26. lascivior Ovidius, sicut durior Gallus 10, 1, 93.

Dux. I) *de hominibus: α) in re militari:* Dux, qui competitorem patrem in suffragiis vicerat, captus est. 7, 1, 29. qua ducum quisque ratione — sit sapienter usus aut contra 2, 5, 15. — bonus 12, 1, 43. — utilis *ib.*; clarissimos duces 10, 1, 62. — magnos 1, 6, 2. — maximi 1, 10, 14. tabernaculum ducis augurale (*a. l.* Augustale) 8, 2, 8 *N. cr.* inter duces illa contentio (*ap. Hom.*) 10, 1, 47. *β) in disciplinis:* duos diversarum sectarum velut duces 5, 13. 59. ut quae (*doctrina*) vel nullos vel falsos duces habeat 12, 2, 20. Quodsi satis prudenter dicenda viderint, jam prope consummata fuerit praecipientis opera: at si quid erraverint adhuc, erunt ad ducem reducendi 2, 6, 6. II) *transl. de rebus:* natura duce 6, 2, 25. 9, 1, 40. sequitur naturam ducem 4, 5, 3. ducetur rerum ipsa serie, velut duce 10, 7, 6.

E.

E. E planior (*a. l.* plenior) litera est, I angustior est 9, 4, 33 *N.* in here neque E plane neque I auditur 1, 4, 8. non E quoque I loco fuit? *ib.* 17. diutius duravit, ut E I, jungendis, eadem ratione, qua Graeci ει, uterentur 1, 7, 15. in iis, quae proximam ab ultima literam E habebunt, et I longa terminabuntur *ib.* 16. vortices et vorsus, quae primus Scipio Africanus in E literam secundam vertisse dicitur 1, 7, 25. quae *e* et *o* literis, fatendi modo, terminantur, eadem, si infinitis *e* literam media syllaba acceperunt *etc.* 1, 6, 7. e s literis finita *ib.* 14. M litera in E mollita 9, 4, 39 *N.*

Eatenus. — qua desiderat 1, 11, 1.

Eboreus. eborea oppida (*a. l.* eburnea, *optt. Codd.* epolitea) 6, 3, 61 *N. cr.*

Ebur. — eboris 1, 6, 22 *N.* Antonius Gnipho — fieri vult — ebura *ib.* 23; sculptura etiam ebur complectitur 2, 21, 19. in ebore longe citra aemulum Phidias 12, 10, 9.

Eburneus. eburneas literarum formas 1, 1, 26.

Ebrietas. accedunt aliquando fortuita, ebrietas, ignorantia 5, 10, 34. Quid fauces et latera ad ebrietatem? 8, 4, 16. ebrietatis vitia 1, 11, 2.

Ebrius. ebriorum aut comissantium licentiae 11, 3, 57. neque vigilare ebrius poterat *Coel.* 4, 2, 124. ebrium declamare neminem 11, 3, 27.

Ecce. revocat ecce me 6, 1, 43.

Edico. — Sociis tunc arma capessant Edico, et dira bellum cum gente gerendum (*Virg.*). Quamvis enim pars bello posterior participio insistat, utrique convenit illud edico 9, 3, 64.

Edisco. *α*) *simpliciter:* per partes ediscere 11, 2, 27. iisdem, quibus scripserit, ceris ed. *ib.* 32. ed. tacite erat optimum *ib.* 33. qui legente alio ediscit *ib.* 34; ediscenti 1, 2, 12. ad verbum sit ediscendum, an vim modo rerum atque ordinem complecti satis sit 11, 2, 44. ne errent solo ediscendi labore *ib.* 20. ediscendi negligentiam 10, 7, 32 *Z.* illud ediscendo scribendoque commune est *ib.* 35. [quae per plures dies scribimus ediscendi causa *ib.* 10. *v.* Contineo] De ediscendo 2, Cap. 7. *β*) *c. Obj.*: quae ediscenda sunt 11, 2, 21. ne omnia, quae scripserint, ediscant 2, 7, 1. quae idem significarent — ediscere 10, 1, 7. ut ei, — quae edidicerit, in dicendo fidem servent 10, 6, 4. ediscere, quo exercearis, erit optimum 11, 3, 25; interpretationem linguae secretioris ediscere 1, 1, 35. facilius versus ediscimus quam prosam orationem 11, 2, 39. dicta clarorum virorum et electos locos ediscere 1, 1, 36. *cf.* 1, 11, 14. cum Demosthenem in primis legendum, vel ediscendum potius putem 10, 1, 105.

Editio. temerario editionis honore Pr. 7. qui (*versus*) non in omni editione reperitur 5, 11, 40. ne praecipitetur editio Ep. ad Tryph. 2. quodsi impediant tempora, multum ex eo, quod potuit dici, recidetur; editio habebit omnia 12, 10, 55.

Edo. I) *de libris i. q. emitto:* ita edidit, estque melius, quam quod emendatur 9, 4, 74. mox ea scriptores observata et collecta ediderunt 5, 10, 120. quod libris dedicatur et in exemplum editur 12, 10, 50. quod separatim editum legimus 5, 7, 6. ipsius sola videtur Ars edita ad Matium 3, 1, 18. artibus editis 5, 10, 120. *v.* Ars III. tres de hac re libros edidit 6, 3, 5. editi libri Pr. 7. *v.* Liber. quales (*loci*) sunt editi a Q. Hortensio 2, 1, 11. [orationes, quae Charisii nomine eduntur (*Fr. ex Codicum scriptura conjic.* nomini addicuntur; *H.* II. *ex Alm. dedit* nomine adducuntur) 10, 1, 70.] Apollonius — non contemnendum opus edidit (*a. l.* reddidit) 10, 1, 54. II) *i. q. profero:* edidit vagitum 1, 1, 21. hebetes non magis secundum naturam eduntur homines, quam prodigiosa corpora *ib.* 2. quod praestantissimos in eloquentia viros ediderit (*Academia*) 12, 2, 25. III) *i. q. dico:* edito alio tempore ac loco 4, 2, 98.

Edo. *i. q. vescor:* quamvis reus sum, et panem candidum edo 6, 3, 60 *N.* non ut edam vivo, sed ut vivam edo 9, 3, 85 *N.* esse inter agendum ab oratore meo procul absit 11, 3, 136.

Educatio. — mollis 1, 2, 6. corporum mox etiam fortissimorum educ. a lacte cunisque initium ducit 1, 1, 21. in praeceptis de liberorum educatione 1, 11, 17. impendiorum, quae in educationem contulerit 1, 10, 18. *v.* Disciplina.

Educator. ille ducere vult filiam pauperis educatoris 7, 1, 14.

Edŭco. natum filium sustuli, educavi (*Sp.* n. s. f. ed.) 4, 2, 42 *S.* educare foetus 2, 16, 16 *N.* infantis a mutis nutricibus jussu regum in solitudine educati 10, 1, 10 *N.* Romulum educatum a lupa 3, 7, 5. in his (*scholis*) educatur orator 9, 2, 81. educandus Pr. 5. inter quos (*pueros*) educabitur 1, 1, 7.

Edūco. quos educere invitos in provinciam non potuit, eos invitos retinere qui potuit? *Cic.* 5, 10, 76. ex domo in jus educere ne liceat: ex tabernaculo eduxit 7, 8, 6.

Effectiva. effectivae (*i. e.* πρακτική; *a. l.* -ve) quoque aliquid simile scriptis orationibus vel historiis consequetur (*orator, qui desierit agere*) 2, 18, 5 *N. cr.*

Effector. M. Tullius hunc (*stilum*) optimum effectorem ac magistrum dicendi vocavit 10, 3, 1.

Effectus. ars dicendi in actu posita, non in effectu 2, 17, 25. *cf.* 2, 18, 2. *v.* Nomen. cum plura argumenta ad unum effectum deducuntur 9, 2, 103. Q, cujus similia effectu specieque Koppa apud Graecos 1, 4, 9; antidotum ex multis atque interim contrariis quoque inter se effectibus componi 1, 10, 6.

Effemino. illa translucida — elocutio res ipsas effeminat 8, Pr. 20. *Partic.:* in his (*orationibus*) quam multa — lasciva, effeminata sint 2, 5, 10. duram potius atque asperam compositionem malim esse, quam effeminatam et enervem 9, 4, 142. lectio eff. 1, 8, 2 *N.* eff. levitatem 8, 3, 6. eff. musice 1, 10, 31. eff. sexus 5, 12, 19. tremula vel effeminata voce 11, 3, 91. acerba, mollis, effeminata (*vox*) *ib.* 32.

Effero. I) *proprie:* efferentium praedas repetentiumque 8, 3, 69. supra humeri altitudinem elata manus 11, 3, 103; *de sepultura:* extulisti filium 8, 5, 21. II) *transl.: i. q. augeo:* res atrocissimas, quasque in summam ipsi extulimus invidiam 8, 4, 19. nesciretur, quanta vis esset ejus (*memoriae*), nisi hoc orandi lumen extulisset 11, 2, 7; efferentem se (*facultatem*) quasi frenis quibusd. coerceamus (*sic Z.; Sp.* ferocientes equos fr. *etc.; II.* II. efferenterque nos fr. *etc.; Codd. optt.* efferentis equos fr. *etc.*) 10, 3, 10 *N. cr. et S.; i. q. gigno:* omnes ex se ipso virtutes extulit immortalis ingenii beatissima ubertate (*Tullius*) 10, 1, 109. III) *dicendo:* quam concipiamus elocutionem, quomodo efferamus 8, 3, 40. quomodo efferantur (*quae intra nosmet ipsos composuimus*) 11, 3, 2. pleraque utroque modo efferuntur, luxuriatur, luxuriat *etc.* 9, 3, 7. sensus idem quibus verbis efferatur 9, 4, 13. quae cavo aut patulo maxime ore efferuntur *ib.* 33. quod pluralia singulariter et singularia pluraliter efferuntur 1, 5, 16. quae poterunt utroque modo non indecenter efferri *ib.* 64. qui horride atque incomposite quamlibet illud frigidum extulerunt, antiquis se pares credunt 10, 2, 17. oratoria sic efferetur, ut elocutoria; oratrix, ut elocutrix 2, 14, 2.

Efficaciter. est minus effic. elocutus 5, 13, 25; crescit oratio minus aperte, sed nescio an hoc ipso efficacius 8, 4, 8.

Efficax. nihil illa circa Cepasios Ciceronis fabula efficacius ad pericula epilogorum 6, 1, 41.

Efficio. *a*) *absolute aut pendente Pronomine:* dissimulet ergo, ut efficiat 9, 2, 83; quod honestum sit efficere 11, 1, 35. testantur, quid effecerint 5, 14, 11 *N.* suis demum oculis credidit, quod efficeret 11, 3, 68. *cf. ib.* 54. quid quaeque (*res*) plerumque efficiat 5, 10, 15. quae certum est effici (*i. e. probari*) non posse 12, 1, 13. constituebam primum, quid utraque pars vellet efficere, tum per quid 7, 1, 5. *cf.* 7, 3, 21. 11, 3, 151. sive tropi sive figurae dicentur, idem efficient 9, 1, 8. *cf.* 5, 10, 70. omnia, quae ars efficit 7, 10, 8. est vitiosa, si efficere (*Sp. conjic.* effingere) omnia velimus, imitatio 11, 3, 152 *N.* qui vel unus ad cuncta efficienda (*a. l.* effingenda) sufficiat 10, 1, 69. tantum aliquid efficere, ut non possit augeri 8, 4, 7. toto illo tempore vix tantum effici, quantum conferre unus postea annus possit 1, 1, 4. si nemo plus effecisset eo, quem sequebatur 10, 2, 7. ut plus efficiat aut minus 1, 1, 2; omnia, quae magna

sunt tempus aliquod, quo primum efficerentur, habuisse 12, 11, 25. apud oratorem, nisi aliquid efficitur, redundat (*epitheton*) 8, 6, 40; aliud agere videmur, aliud efficimus 9, 2, 62. quid sit, ad quod nos efficiendum comparemus 10, 2, 14. quod efficere tendimus 9, 1, 21. ne tentes, quod effici non potest 2, 8, 14 *v.* Tento. ne quod effici non potest, aggrediamur 6, 5, 2. colligi ex iis, quae faciunt, ea quae efficiuntur 5, 10, 80. id quod efficit ex eo, quod efficitur ostendimus 8, 6, 27. nullam artem destruere, quod effecerit 2, 17, 30. ne perderem, quae jam effecta erant *opp.* quae promiseram 12, Pr. 1.

β) *pendente sententia:* effecturos nos, quod dicimus 4, 2, 79. ad efficiendum, quod intendimus 1, 10, 49. *cf.* 8, 3, 41. 12, 10, 72. quod voluit, effecit 10, 1, 131. *cf.* 5, 7, 28. 8, Pr. 32. quam potens efficiendi, quae velit 12, 11, 10. syllogismus per omnes partes efficit, quod proposuit 5, 14, 24. *cf.* 11, 1, 35; quorum si quid in reum conveniet, accusatoris est efficere, ad quidquid faciendum causae valere videantur (*Z. de conj. Sp. inser.* ut *post* efficere; *verum vulg. significat: acc. est omnia perhibere, ad quae facienda satis idoneae causae esse videantur*) 7, 2, 35 *N.* *γ*) *pendente Subst.:* Phidias diis quam hominibus efficiendis (*i. q. effingendis*) melior artifex 12, 10, 9 *N.* Anacreontion colon efficias 9, 4, 78. aliam efficiunt figuram 9, 3, 50. moeror, quem summum poterat ars efficere (*i. q. effingere*) 2, 13, 13. opus, quod efficitur ab artifice 2, 14, 5. *cf.* 2, 16, 16. in efficiendo velut opere proposito 8, 3, 88. instrumentum, sine quo (*Sp. inser.* in) id, quod velimus, opus effici non possit 2, 21, 24 *Z. N. cr.* ad efficiendum (*i. q. instituendum*) oratorem 1, 10, 2. illa circumcurrens linea, si efficiet orbem — si quadratum paribus oris efficiat *ib.* 41. ut efficiatur (*i. q. perficiatur*) orbis ille doctrinae *ib.* 1. id a se scelus effici 7, 2, 42. ut ipse transitus efficiat aliquam sententiam 4. 1, 77. cum ipsae hae vocales duae efficiant sonum 12, 10, 30. tres breves trochaeum, — totidem longae molosson efficiunt 9, 4, 82. in efficiendis verbis (*de labris, i. q. pronuntiandis*) 11, 3, 81. versum non efficit 9, 4, 98; temperatus (*sanguis*) medium quoddam serenum efficit 11, 3, 78. Quae si nostris literis scribantur, surdum quiddam et barbarum (*a. l. adjic.* sonum) efficient 12, 10, 28.

δ) *adj. Praepos. in:* quantum in studiis jam effecerit (*puer*) 2, 1, 7. neque in iis, quibus minus aptus est, satis possit efficere 2, 8, 5. in solo fecundo plus cultor, quam ipsa per se bonitas soli efficiet 2, 19, 2. quantum efficiat in animis hominum talis affectio 5, 12, 6. *ε*) *adj. Praedic.:* ut me jam nulla fortuna posset efficere felicem 6, Pr. 5. prius est, quod objicias, verum efficere, quam magnum 4, 3, 6. efficiendum est certum id, quo probaturi sumus, quod incertum est —: efficiendum est justum, propter quod nobis bona adjudicari debeant 5, 14, 16. *cf.* 5, 10, 66. quaedam videntur gravia per se, quaedam efficienda sunt 6, 2, 21. animum judicis similem iis, quae dicit, efficiat 2, 5, 8. librum — similem iis, qui *etc.* efficiam 6, 3, 65. quasdam (*literas*) velut acriores parum efficimus, et aliis — permutemus 1, 11, 4. *ζ*) *adj. Ablat.:* caelatura, quae auro, argento *etc.* opera efficit 2, 21, 9. an atomorum concursu mundus sit effectus 7, 2, 2. numerum quingentorum flexo pollice efficientis (*gestus*) 11, 3, 117. oratio efficitur arte, sicut statua 2, 21, 1. neutro modo vox, quam sentimus, efficitur 1, 7, 26. quod efficitur duplici via 1, 6, 4. ad efficiendum (*a. l.* effingendum) oratione, quod proposuerit 11, 1, 35; corpora quam speciosissima (*a. l.* —me) fingendo pingendove efficere 5, 12. 21. plus efficit dicendo 12, 10. 44. *η*) *adj. per:* probatio et fides efficitur non tantum per haec *ib.* 11. quid et per quae efficere velit pars diversa 3, 11, 23. jam per

alia effectum erat, ut *etc.* 8, 5, 10. *ϑ*) *adj.* *ex:* ea, quae efficitur e pedibus, aequa conclusio 9, 4, 57. comprehensiones, quae efficiuntur ex pedibus *ib.* 121. copia illa, ex qua unum aut alterum, cujus se occasio dederit, efficiant (*numerum*) 12, 2, 12 *N.* ex observatione eorum effecerunt artem 3, 2, 3. interim ex pluribus efficitur illa quam conamur exprimere, facies 8, 3, 66. ex statu effectam contentionem 3, 11, 18 *ι*) *seq. ut aut ne:* fit etiam ex duobus eligendi adversario potestas, efficiturque, ut, utrum elegerit, noceat 5, 10, 69. illo modo, ut sit multum, efficitur 8, 4, 3. *cf.* 8, 5, 10. quotiens poterimus, efficiendum est, ut *etc.* 7, 5, 3. accusatoris est efficere (*i. q. perhibere*) ut, si quid objecerit, non solum turpe sit, sed etiam crimini 7, 2, 28. est oratoris eff., ut *etc.* 5, 13, 17. nec urbium conditores aliter effecturos fuisse, ut vaga illa multitudo coiret 2, 16, 9. ipsum Cicero ut pro se videretur, effecit 5, 13, 18. probationes efficiant sane, ut causam nostram meliorem esse judices putent: affectus praestant, ut etiam velint 6, 2, 5. hujusmodi casus efficiunt, ut *etc.* 12, 10, 57. quae (*lex*) non id efficiat, ne heres sit, sed *etc.* 3, 6, 102. epitheton exiguus aptum proprium effecit, ne plus expectaremus 8, 3, 20. aliquas, quae sunt egregiae dicendi virtutes, quo minus deceant, effici condicione causarum 11, 1, 48. *κ*) *Partic.:* quae vel ex causis vel ex efficientibus diximus 5, 10, 86. sensus per se nihil efficiens 9, 4, 123. ars est potestas via, id est ordine, efficiens 2, 17, 41. plus efficientia verba 10, 1, 6. ducuntur argumenta ex — efficientibus, effectis 5, 10, 94; si qua fuerint minus effecta 6, Pr. 15. causis, effectis materia (*risus movendi*) praebetur 6, 3, 66. quidquid in suo genere satis effectum est, valet 8, 3, 88. nitidius aliquid atque effectius 12, 10, 45. pro effectis relinquunt vixdum inchoata 5, 13, 34. una (*materia*) diligenter effecta plus proderit, quam plures inchoatae 10, 5, 23.

Effigies. — muta 6, 1, 32. — deorum atque heroum 12, 10, 5.

Effingere. ut ea, quae discit, effingat natura 1, 3, 1. ad ea se quisque dirigebat effingenda, quae poterat 10, 1, 127. mire a se, quae legerunt, effingi 10, 2, 13. nihil rerum ipsa natura voluit magnum effingi (*hoc ex corrupta lectione Turicensis effecit Sp.*; *sed recte H.* II. *ceteros Codd.*, *quibus ex Bamb. sec. m. addere licet* effigi, *secutus vulg.* effici *denuo recepit*) cito 10, 3, 4. *N. cr.* qui (*affectus*) effinguntur imitatione 11, 3, 62. effingendae, quam summam putant, eloquentiae 1, 2, 26. imaginem virtutis effingere, et solam, ut sic dixerim, cutem, vel potius illas Epicuri figuras 10, 2, 15. illa, quam dicendo effinximus, (*a. l.* efting.) imago 6, 1, 28. non enim — inclinatio incumbentis in mulierculam Verris effingenda est 11, 3, 90. effingere status quosdam *ib.* 89. effinxisse vim Demosthenis copiam Platonis, jucunditatem Isocratis 10, 1, 108. nec vitia ebrietatis effingat 1, 11, 2; ἤϑη in scholis, quibus rusticos, superstitiosos, avaros, timidos effingimus 6, 2, 17. nos, qui oratorem studemus effingere (*i. q. instituere*) 5, 12, 21. [flexus dat actum quendam effictis (*Z.* q. et affectum) 2, 13, 9. *N. cr.*] *v.* Efficio.

Efflagito. cum convicio efflagitat 4, 5, 10. *v.* Convicium.

Efflo. inter discrimina dentium efflanda (*litera*) 12, 10, 29.

Effloresco. efflorescat oratorum ingens proventus 12, 10, 11.

Effluo. illas figuras Epicuri, quas e summis corporibus dicit effluere 10, 2, 15 *N.*; ut non rudia tantum et fortuita sed impropria interim — effluant (*sc. dicentibus*) 10, 3, 20; *de oblivione:* illa praevelox (*memoria*) fere cito effluit 11, 2, 44.

Effodio. terra altius effossa 10, 3, 2.

Effrenatus. cupiditas effrenata *Cic.* 8, 6, 41. effrenatiore iracundia (*a. l.* effrenatione) 9, 2, 3 *N. cr.*

Effringo. effringere quam aperire (*majorem vim habere*) 2, 12, 1.

Effugio. α) illa quomodo effugient, ut — faciat tamen Venus Veneris? 1, 6, 13. ut omnem effugiam cavillationem 1, 5, 38. ipsa (*sc. mortua*) maximos cruciatus praecipiti via effugit 6, Pr. 6 *N.* effugiendae sunt morae 4, 2, 111. sunt quaedam figurae ita receptae, ut paene jam hoc ipsum nomen effugerint 9, 3, 4. effugerunt has quaestiones, qui dixerunt *etc.* 3, 6, 20. effugiendae repetitionis gratia 10, 1, 7. satietatem effugit 9, 3, 27. effugienda suspicio 4, 2, 126. ad effugiendum taedium *ib.* 22. *v.* Taedium. β) nulla me syllaba effugiat 11, 2, 45. effugere aliqua prima expositione potuerunt, praesertim hominem imperitum 12, 8, 8.

Effulgeo. si forte aliquis inter dicendum effulserit (*a. l.* off., *c. Bamb. pr. m.*) extemporalis color 10, 6, 5 *N. cr.*

Effundo. I) *proprie:* majorem partem spiritus in loquendo per nares effundere 11, 3, 56. spiritus, cum immoderate effunditur *ib.* 63. sanguis ille — effunditur in ruborem *ib.* 78. II) *transl.* α) quae summo solo sparsa sunt semina, celerius se effundunt 1, 3, 5. β) *in dicendo et scribendo:* quidquid effuderint (*declamantes*) 2, 2, 10. repetunt deinde, et componunt, quae effuderant (*scribentes*) 10, 3, 17. ut scriptorum colorem, etiam quae subito effusa sint, reddant 10, 7, 7. quae ex tempore videbantur effusa 11, 2, 39; totos effundere affectus 4, 1, 28. priusquam illam eloquentiae procellam effunderet (*Ulixes*) 11, 3, 158. Stesichorus redundat atque effunditur *opp.* si tenuisset modum 10, 1, 62. III) *Partic.:* omissa supplere, effusa substringere 10, 5, 4. *v.* Copiosus. in laudandis dictionibus nec malignus, nec effusus 2, 2, 6 *N.* effusior cultus in verbis 3, 8, 58.

Egeo. I) *c. Ablat.* α) *i. q. indigeo:* neque egebit adjutorio 1, 7, 27. cetera admonitione magna egent 1, 8, 4. quae arte non egent 1, 6, 38. oratio pluribus artibus eget 1, 10, 7. ipse litigantium auxiliator egebit auxilio 12, 3, 2. calcaribus eget 10, 1, 74. solicitudine, commendatione, miseratione res eget 9, 4, 128. quae manu fiant — egere doctoribus 12, 2, 2. quotiens interpretatione res eget 1, 6, 29. lectio non omnis nec semper praeeunte vel interpretante eget 1, 2, 12. oratio si egeat interprete 1, 6, 41. quae (*argumenta*) materia egent 2, 21, 2. tempus ac locus egent observatione propria 11, 1, 46. ne cujus ope egeret 12, 11. 21. si res praeparatione non egeat 4, 1, 72. prooemio non utique eget (*pars deliberativa*) 3, 8, 6. perspicuitatem propriis, ornatum translatis verbis magis egere 8, 3, 15. β) *i. q. careo:* egere omni ratione 12, 1, 2, II) *c. Genit.:* quoniam — haec secunda (*judicialis*) egeret artis 3, 8, 63. eadem (*corpora*) minus egere opis 2, 16, 13. quia interim et propositio non egeat rationis, et assumtio probationis, nonnunquam etiam complexione opus non sit 5, 14, 5.

Egero. per quas (*nares*), quod superest vocis, egeritur (*a. l.* egreditur) 11, 3, 16.

Egestas. — turpis *Virg.* 8, 6, 41.

Ego. I) Sing. α) *Nominat.* a) *simpliciter:* utrumque eodem modo appellavi 9, 2, 32. quid ego commemorem? 10, 1, 82. cur ego non dicam *Ovid.* 9, 3, 70. ego adjiciam breviter de iis illud 9, 3, 100. Ego — puto 9, 2, 87. *cf.* 10, 1, 71. Pr. 2. 5. 8, 3, 8. 10, 2, 20; *c. emphasi:* vidi ego saepe 6, 2, 35. neque enim ego (*a. l. om.*) ignoro 9, 4, 93. ego aliquid altius — inveniam 12, 10, 37. ego tantum — dissentio 10,

1, 94. ego, si prandere volo, domum eo 6, 3, 63. Et ille quidem non his exemplis utitur —; ego apertiora posui 5, 10, 64; si dicenti, Quem vides? ita occurras, Ego. (*soloecismus*) 1, 5, 36. b) *c. Conjunctionib. junctum:* ego vero — credo 8, 5, 34. *cf.* 4, 2, 116. 5, 13, 48. 9, 2, 43. ego autem confiteor 4, 3, 4. At ego in agendo nec — dixerim *etc.* 8, 6, 18. ut ego quidem sentio 9, 4, 18. quos ego quidem audierim 12, 5, 5. a quibus ego quidem dissentio (*Sp.* a q. haec quid. dissonantia sunt) 8, 6, 36 *Z.* ego certe cernere mihi videor 8, 3, 65. *v.* Certe. idque ego (*a. l.* eo) sane injudicatum relinquo 10, 1, 67. β) *Casus obliqui:* mihi, et mehe quoque pro me ap. antiquos — invenimus 1, 5, 21; mei amantissimos Pr. 3; Sunt, qui — vocent —. Mihi — videntur 6, 1, 55. mihi quidem satis esset 10, 2, 25. mihi certe videtur 10, 3, 23. *cf.* 9, 4, 134. mihi autem videtur 2, 18, 3; *Dativus ethicus:* cum virtutes earum (*orationum*) jam sentiet (*puer*), tum mihi diligens aliquis ac peritus assistat 1, 11, 14. mihi ne maturitas quidem ipsa festinet 2, 4, 9. hinc mihi ille justitiae haustus bibat 12, 2, 31; pudor omittendi, quae promiseram, tenuit (*sc. me*) 12, Pr. 1. II) *Plur.:* de quo nos in argumentis diximus 9, 2, 103. *cf.* 9, 2, 107. 9, 3, 91. 9, 4, 15. 10, 1, 4. 11, 1, 5. 11, 2, 26. 12, 1, 1. Nos ad Hermagoram. (*sc. convertamur*). 3, 6, 60 *N.* Graeci vocant παράδειγμα —. Nostri fere similitudinem vocare maluerunt — Nos utrumque παράδειγμα esse credamus, et ipsi appellemus exemplum 5, 11, 2. nos vero (*i. e. oratores*) armatos stare 10, 1, 29.; *Dat. ethic.:* Sed nobis jam paulatim accrescere puer incipiat 1, 2, 1; nobiscum 10, 5, 7. ipsi nosmet rogamus 9, 2, 11. *v.* Ipse.

Egredior. *proprie:* vidi ego saepe histriones atq. comoedos -- flentes adhuc egredi 6, 2, 35. dum e portu egredimur 10, 7, 23. portum egreditur (*navis*) 4, 1, 61. vix eo limen (*a. l. inser.* ultra) egresso 11, 2, 13 *N. cr.* II) *transl.:* juvenes nondum scholam egressi (*a. l.* aggr. *al.* ingr. 5, 10, 96. *N. cr.* quintum egressus annum 6, Pr. 6. copia modum egressa 8, 6, 16 *N. cf.* 9, 4, 146; extra praescriptum egredi 1, 1, 27. III) *in dicendo i. q. digredior:* quae cum sint argumentis subjecta similium rerum, quia cohaerent, egredi non videntur 4, 3, 15. egressio — ornamentum partium est earum, ex quibus egreditur 3, 9, 4. [ut eo revertar, unde sum egressus 2, 4, 15. *v.* Digredior.]

Egregie. — dixisse 6, 1, 14. 10, 1, 102. egregieque Cicero, qui — multa dixit urbane 6, 1, 49. egregie Vatinius in Calvum — inquit *ib.* 13. *cf. ib.* 43 egr. Cic. ostendit 4, 5, 15. quam (*historiae auctoritatem*) — Bassus Aufidius egr. praestitit 10, 1, 103. quod est genus egr. tractatum a Passieno 6, 1, 50. qua virtute egr. est usus Virgilius 8, 4, 24.

Egregius. egregius multoque, quam in orationibus, praestantior Brutus 10, 1, 123. — vitiorum insectator *ib.* 129. illa scilicet egr. laudatio 8, 2, 18. quae sunt egregiae dicendi virtutes 11, 1, 48.

Egressio. egressus vel egressio 4, 3, 12. 15. *v.* Excessus. egressiones fere et lenes et dulces et remissae 11, 3, 164. medius hic modus (*dicendi*) — egressionibus amoenis (*a. l.* amoenus) 12, 10, 60. non unus color prooemii, narrationis, argumentorum, egressionis *etc.* servabitur *ib.* 71. in egressionibus (*a. l.* ingress.) fusa et securae claritatis (*vox*) 11, 3, 64. De egressione 4 Cap. 3.

Egressus. *v.* Egressio.

Ejicio. ejecto vomitu 11, 3, 27. brevia illa atque concisa singultantium

modo ejecturi (*Sp. meliores Codd. secutus suadet* eluctaturi; *Burm.* eructaturi) sumus 10, 7, 10 *N. cr.*

Ejusmodi. 3, 5, 12. 9, 4, 145. 9, 2, 80. ej. praeceptores 2, 3, 4.

Elabor. α) rhetoricos suos (*libros*) adolescenti sibi elapsos 3, 1, 20. interim elabuntur (*optimi sensus*) 10, 3, 33. β) *in judiciis.* Servium Galbam miseratione sola elapsum esse 2, 15, 8. risu sunt et opportuno joco elapsi 6, 3, 10; nec sane potuit urbanius ex confessione inscitiae suae elabi 2, 11, 2. aliquo adjutorio elabendi ex crimine 3, 6, 83.

Elaboro. α) age aliquid et reip. causa elabora *Domit. Af.* 6, 3, 68. nisi forte Jovem Phidias optime fecit, illa autem alius melius elaborasset 2, 3, 6. etiamsi reliqua scripta atque elaborata sint, tamen plerumque videatur tota extemporalis oratio 4, 1, 54. Isocratis Panegyricum decem annis elaboratum 10, 1, 4; nihil ultra verborum proprietatem elaboravit 12, 10, 43. nisi in ceteris, quae mox praecipienda sunt, elaboraverint 5, 10, 119; ei non in unam partem aliquam, sed in omnia elaborandum est 2, 8, 8. in hoc elaboremus (*Sp.* lab.) 12, 1, 31 *Z. N. cr.*; in iis elaborandum, ut *etc.* 4, 1, 45. *v.* Laboro; breviores commentarios facere elaborarunt 3, 8, 58; cui docendae priores elaborarunt 12, 11, 22 *Z.* β) *Partic.:* illa elaborata 10, 7, 32. etiamsi reliqua scripta atque elaborata sint *opp.* extemporalis actio 4, 1, 54. compositiora et, quam nos poterimus, elaborata Pr. 8. nihil arcessiti et elaborati 12, 10, 40. compositione elaboratum 8, 3, 12. cui nescio an ulla pars operis hujus sit magis elaborata 9, 4, 1 *Z.* figuris numerisque elaborata (*verba*) 11, 1, 2. *v.* Distorqueo.

Elate. — grandia canit 1, 10, 24.

Elatus. non supra modum elatus M. Tullius 12, 10, 39. [elati vir ingenii (*hoc ex unius Goth.* elatus ingenio *Sp. emendavit; sed secundum meliores auctoritates verius videtur* clarus ingenio) 10, 1, 102 *N. cr.*] ipsum dicendi genus in hoc (ἤϑει) placidum debet esse ac mite: nihil superbum, nihil elatum saltem ac sublime desideret 6, 2, 19. miscens elata summissis 11, 3, 43. tum elatis, tum inferioribus modis (*vocis*) opus est *ib.* 3, 17; gestus elatior sit *ib.* 134. elatior ingenii vis 10, 1, 44.

Electio. ex dubiis partim nobis ipsis ad electionem sunt libera, de his deliberatur 3, 4, 8. doctis est et electio et modus 2, 12, 16. el. verborum 1, 12, 4. ut optime vocum singularum cedat electio 10, 7, 14. facilis ex his optimorum sit el. 10, 1, 6. quod inter diversas opiniones difficilis esset electio Pr. 2.

Elegans. α) *de personis:* elegantes in sua quisque materia 10, 1, 87. Lysias subtilis atq. elegans *ib.* 78. tersus atq. elegans maxime auctor *ib.* 93. β) *de rebus:* esse id tum elegans tum etiam fortissimum 7, 3, 18. acriora sunt et elegantiora 6, 3, 57. Graecum illud elegantissimum est 8, 3, 37; et grandis et elegans et venusta (*antiqua comoedia*) 10, 1, 65. elegans et venusta expositio 6, 3, 39; quae (*scripta*) in hoc genere elegantissima sunt 10, 1, 99. *v.* Vilis.

Eleganter eleg. atque exquisite dictum 8, 2, 21. *cf.* 9, 2, 98. eleganter dicta et proprio quodam lepore jucunda 6, 3, 102. illud elegantissime excusat 11, 1, 74.

Elegantia. ne elegantiam, quam cupit, non assequatur (*a. l.* seq. *al.* perseq.) 10, 2, 19. decoris et excultae cujusdam elegantiae 6,

3, 20. ne, dum actoris captamus elegantiam, perdamus viri boni et gravis auctoritatem 11, 3, 184. elegantiam Secundi 12, 10, 11. — Socraticorum 10, 1, 83; mira sermonis eleg. *ib.* 114. figurarum eleg. 12, 9, 6.

Elegia. elegia, utique quae amat, *etc.* amoveantur 1, 8, 6. tunc et elegiam vacabit in manus sumere 10, 1, 58. elegia quoque Graecos provocamus *ib.* 93.

Elementa. I) *omnium rerum principia.* α) *naturae*: quattuor el. 2, 17, 38. liberos natura omnes, et eisd. constare elementis 3, 8, 31. β) *logices*: primum Aristoteles elementa decem constituit 3, 6, 23 *N.* alii novem el. posuerunt *ib.* 25 *N.* γ) *initia discendi*: elementorum molestiae 2, 3, 1. elementa prima 1, 1, 35. — grammatices 1, 4, 6. — rhetorices 3, 3, 13. — literarum 1, 1, 23. prima apud rhetorem elementa Pr. 21. Quemadmodum prima el. tradenda sint? 1 Cap. 1. II) *metonymice de pueris discentib.*: vix se prima el. ad spem tollere effingendae, quam summam putant, eloquentiae audebunt 1, 2, 26. *N. et S.*

Elephantus. tanquam elephanto assem des 6, 3, 59 *N.*

Elevatio. illae elevationes, Videlicet, O dii boni! 9, 2, 50.

Elevo. eadem verba mutata pronuntiatione indicant, affirmant — elevant 11, 3, 176. elevandi ratio est duplex, ut aut verecundiam (*sic Amb.* 1., *Sp.* veniam) quis, aut jactantiam minuat — aut crimen objectum 6, 3, 75 *Z.* elevandi genus est etiam causarum relatio *ib.* 77; imminuenda quaedam, et elevanda, et quasi contemnenda esse 4, 1, 38. verbis elevare quaedam licebit: luxuria hilaritatis, avaritia parsimoniae *etc.* nomine lenietur 4, 2, 77. neque refutanda tantum — sed elevanda *etc.* sunt, quae e contrario dicuntur 6, 4, 10. *v.* Contemno. aliena aut reprehendimus, aut refutamus, aut elevamus *etc.* 6, 3, 23. *cf. ib.* 72. elevare tanti beneficii auctoritatem 12, 7, 8. haec ut in qualitate crimen elevant (*a. l.* dabant), ita in conjectura premunt 7, 2, 40. elevandae invidiae gratia 5, 13, 40. res atrocissimas elevamus consulto 8, 4, 19. elevata testimonia ab oratoribus 5, 7, 5.

Elicio. responsum, quod eliciendum erit 5, 7, 20.

Elido. magnas tamen sententias et res bonas (ita enim gloriari solent) elidunt 2, 11, 7 *N.* elisa (*vox*) 11, 3, 51.

Eligo. α) *simpliciter*: eligere modo curae sit 10, 1, 131. eligendi et collocandi rationem *ib.* 4. β) *c. Accus.*: argenti, quod elegerit 7, 9, 9. utinam — plus judicii in eligendis (*dictis*) quam in congerendis studii adhibuissent 6, 3, 5. ut alios pedes ita eligerent, aliosque damnarent, quasi *etc.* 9, 4, 87. duas res proponere, quarum utramlibet male sit electurus 6, 4, 18. *cf.* 5, 10, 70. eligendae sedes (*verbis*) 8, 6, 63. invitus perdit quisque id, quod elegerat, verbum 11, 2, 49. electuris quae volent 3, 1, 22; aliud est vitare eas (*scholas*), aliud eligere (*i. e. non quamlibet frequentare Sp.*) 1, 2, 16; optimas (*nutrices*) eligi 1, 1, 4. oratorem sibi aliquem eligat 10, 5, 19. in eligendo (*Sp.* del.) filii praeceptore 2, 2, 15 *Z. cf.* 1, 2, 5. totum exprimere, quem elegeris (*ad imitandum*) 10, 2, 26. *cf. ib.* 14. γ) *adj. Praepos.*: si ex duobus eligamus 3, 8, 33. *v.* Duo. si ex tribus his generibus necessario sit eligendum unum 12, 10, 63. eligat peritus praeceptor ex omnibus optima 8, Pr. 3. eligere quaedam, dum ex iis, quae idem significent 9, 4, 58. nec ex advocatis partis adversae judex eligendus est 5, 6, 6; si in his non auctores modo, sed etiam partes operis elegeris 1, 8, 6; in id eligi materia poterat uberior 3, 1,

3. δ) *Partic.:* electi loci 1, 1, 36. verba jam probata et electa 9, 4, 58.

Elimino. memini juvenis admodum inter Pomponium ac Senecam etiam praefationibus esse tractatum, an gradus eliminat in Tragoedia dici oportuisset 8, 3, 31 *N.*

Elimo. cum aliquid commodius elimaverint 2, 7, 5.

Ellipsis. verbum ex verbo intelligi, quod inter vitia ellipsis vocatur (*a. l.* eclipsis) 8, 6, 21 *N. cr.*

Elocutio. α) elocutioni quattuor libri dabuntur Pr. 22. elocutionem — partem operis difficillimam 8, Pr. 13. quam Graeci φράσιν vocant, Latine dicimus elocutionem 8, 1, 1. (*figurae*) λέξεως, id est, verborum, vel dictionis, vel elocutionis, vel sermonis, vel orationis 9, 1, 17. omnis orandi ratio quinque partibus constat, inventione, dispositione, elocutione *etc.* 3, 3, 1. inventio et elocutio (*pars rhetorices*) 3, 9, 2. Nam hic (*in dictis*) quoque est inventio et elocutio, atque ipsius elocutionis vis alia in verbis, alia in figuris 6, 3, 36. inventionem, quae sine elocutione non est oratio 2, 15, 13. eaque omnia inventione atque elocutione sunt explicanda Pr. 12. *cf.* 2, 5, 7. in rebus intuendam inventionem, in verbis elocutionem 8, Pr. 6. apte dicere non elocutionis tantum genere constat, sed est etiam cum inventione commune 11, 1, 7. quod illa (*memoria*) acceptum ab inventione (*a. l.* intentione) tradit elocutioni 11. 2, 3. β) argumenti elocutio 5, 14, 1; illa translucida et versicolor quorundam eloc. 8, Pr. 20. eloc. tum sine dubio optima, sed nostris temporibus aliena 2, 5, 21. quamlibet pulchra eloc. (*Sp.* loc.) 2, 4, 32 *Z.*; elocutionis praecepta 7, 10, 17. — ornamenta 6, 4, 1. — ratio 8, 6, 22. ut dicamus apte, quam virtutem quartam elocutionis Cicero demonstrat 11, 1, 1. *cf.* 6, 5, 11. De virtute elocutionis 8, Pr. *et* Cap. 1. summa in hoc vis elocutionis 10, 1, 60. *cf.* 6, 3, 36. ne in pares elocutionum tractus incidamus 4, 2, 118 *N.* γ) quid elocutio attollat aut deprimat 8, 3, 90; cujus (*sermonis conjuncti*) ornatus in haec duo prima dividitur, quam concipiamus elocutionem, quo modo efferamus *ib.* 40. manet sensus elocutione mutata 9, 1, 16; periculum, quod est in elocutione 2, 12, 5. declamationem magis proprias in elocutione partes habere 8, Pr. 7. ut — saepius ad curam rerum ab elocutione respiceret 10, 1, 120; quo pulchriora et sensu et elocutione 9, 4, 15. et sententiis parva et elocutione modica *ib.* 13. *v.* Eloquentia δ.

Elocutoria. 2, 14, 2.

Elocutrix. 2, 14, 2.

Elogium. si exheredatum a se filium pater testatus fuerit elogio 7, 4, 20 *N.*

Eloquens. M. Antonius a se disertos visos esse multos, ait, eloquentem autem neminem 8, Pr. 13. *cf.* 12, 1, 21. quo in genere (*i. e. in philosophia*) paucissimos adhuc eloquentes litere Rom. tulerunt 10, 1, 123. hic illi eloquentes, quibusque nos, circa lites raras solicitiores, ridiculi videmur, invadent personas favorabiles 7, 1, 43. ut Asianus eloquens Attico (*differt*) 12, 10, 1. Cato eloquens senator fuit 11, 1, 36. eloquentis oratio *opp.* sermo vulgaris 12, 10, 43. in contionibus supra quam enarrari potest eloquentem 10, 1, 101; qui sibi eloquentiores videntur, quam ut causas agant 12, 6, 6; eloquentissimus 5, 13, 3. — vir 4, 2, 58. futurus eloquentiss. 1, 1, 21. ornate dicere proprium esse eloquentissimi 8, Pr. 13.

Eloquentia. *α*) *c. Attributis:* Cicero, quae rhetorice vocetur, esse artificiosam eloquentiam dicit 2, 17, 2. omnium spe Atticae (*edd. vett.* acutae, *Codd.* spes acutis, *unde Gernh. fecit* acutissimae) eloquentiae candidatum 6, Pr. 13 *N. cr.* prorsus canina, ut Appius ait, eloq. 12, 9, 9 *N.* brevem cum jucunditate et propriam — et carentem supervacuis eloq. 12, 10, 64, eloq. consummata Pr. 20. corruptae eloq. 6, Pr. 3. 8, 6, 76. divina M. Tullii eloq. 2, 16, 7. jucunda ac favorabilis qualiscunque eloq. auri 12, 10, 74. eloq. hanc libidinosam 5, 12, 20. locuples et speciosa eloq. *opp.* conclusionibus certis et crebris *etc.* concisa 5, 14, 30. modica eloq. 12, 11, 29. quaedam eloq. major 2, 3, 7. adeo jejunam ac pauperem eloq. 10, 5, 5. naturalem eloq. 10, 1, 43. nullam esse naturalem eloq., nisi quae sit cotidiano sermoni simillima 12, 10, 40. eloq. perfecta 1, 10, 11. 6, 3, 104. perniciosa non singulis tantum, sed rebus etiam publicis eloq. 2, 16, 4. paratam ad omnes casus eloq. 10, 1, 2. solida atq. robusta eloq. 10, 1, 2; eloq. Gracchorum 1, 1, 6. quae intelligi potest eloq. hominis optima nescientis? 12, 2, 21.

Haesitatio. non mediocris haes. est, hinc justitiae proposita imagine, inde pietatis 12, 1, 40. deformem haes. 11, 2, 48.

Haesito. deliberare, non haesitare 10, 7, 22.

Halitus. noxio terrae halitu 7, 2, 3.

Hasta. I) — aurea 7, 9, 8. — humero dependens 11, 3, 130. quae emissa optime est, hastam speciosissime contortam ferri 9, 4, 8. II) *signum auctoritatis judicum:* in partibus centumviralium (*causarum*), quae in duas hastas divisae sunt 5, 2, 1 *N.*

Haud. quod somno supererit, haud deerit 10, 3, 26.

Haurio. auram communem haurire 6, Pr. 12.

Haustus. hinc mihi ille justitiae haustus bibat 12, 2, 31.

Hebes. I) hebes acuto diversum est 8, 3, 49. detrahere aliquid cotes hebetibus 2, 12, 8; hebetiores literae 1, 11, 4. II) nisi qui sit plane hebes 7, 1, 48. *cf.* 4, 2, 66. hebetes et indociles 1, 1, 2. quaedam hebes, sordida, jejuna *etc.* oratio 8, 3, 49.

Helops. nec helopem (*a. l.* ellopam *al.* elopem) nostro mari ducas 5, 10, 21 *N.*

Heminarium (*verbum jocose fictum*). Fabius Maximus, incusans Augusti congiariorum, quae amicis dabantur, exiguitatem, heminaria esse dixit. 6, 3, 52.

Hendecasyllabi. — amoveantur 1, 8, 6.

Herba. Ibericas herbas 8, 2, 2.

Herbula. imitatae spicas herbulae 1, 3, 5.

Hercule. Et h. (*Sp.* hercle) 1, 2, 4. 2, 5, 4. 2, 16, 12 *Z.* 10, 2, 3; (*a. l.* hercle) 10, 1, 86. 12, 6, 4. non h. magis 1, 4, 7. 12, 1, 7. immo h. 11, 3, 59. assunt multa ejus rei exempla, tam laesae h. (*Sp.* hercle) quam conservatae — opinionis 1, 2, 4 *Z;* Et hercle *Z. retinuit* 6, 3, 89. *sed Guelf. Goth. Camp.* hercule, *tac. Amb.* 1.

Here. in Here neque *e* neque *i* plane auditur 1, 4, 7. Here nunc E litera terminamus, at veterum comicorum adhuc libris invenio, Heri ad me venit 1, 7, 22 *N.* pro suo ingenio pater Gallio — here fortior fuisti 9, 2, 91.

Hereditarius. in hereditariis litibus 3, 10, 2.

Hereditas. — magna 5, 12, 5. hereditatis gratia *ib.* optima pars hereditatis 6, Pr. 1. in certamine hereditatis 12, 10, 70. post acceptam her. 6, 3, 97. peribat hereditas 9, 2, 74; cujus hereditas est, quam vocant sapientiam (*ex incerto poëta*), pro illo, facilitas est 6, 3, 97 *N.*

Heres. a secundis heredibus 8, 4, 11. ex asse heres 7, 1, 20. herede filio mori 9, 2, 78. heres esto *ib.* 35. quem quis heredem suum esse voluit 5, 10, 74. quam heredem instituerat 8, 5, 17. per leges institui uxor non poterat heres 9, 2, 74 *N.* instituto herede abdicato 3, 6, 97. substitutus h. erat 7, 6, 10. ad heredem jus transeat 5, 10, 116 *N.* heredi scripto opponitur lex 3, 6, 98. liberti heredem sequantur 7, 7, 9. chirographum marito expiranti heredes dedisse 9, 2, 73.

Heroicus. temporibus heroicis 1, 11, 17; heroici carminis 1, 8, 5. *v.* Herous.

Heros. deorum atque heroum effigies 12, 10, 5. heroum laudes ad citharam canebantur 1, 10, 10. ex instrumento heroum illorum magnitudo aestimanda nobis datur 8, 4, 24.

Herous. versus herous (*a. l.* heroicus) 1, 5, 28. herous, qui est idem dactylus, Aristoteli amplior videatur 9, 4, 88. nec semper illis heroo aut paeone suo uti licebit *ib.* 89. lascivus quidem in herois (*sic Z. ex Sarpii sententia, quod ipsum praebet Bamb.*) quoque Ovidius 10, 1, 88 *N. cr. et S.*

Hesternus. hesterna ex potatione oscitantes *Cic.* 8, 3, 66. hesternorum immemores 11, 2, 6.

Heu. adjiciebant et asseverationem, ut heu 1, 4, 20.

Heus. — commilito (*a. l. inser.* tu) 6, 3, 90 *S.*

Hexameter. initium hexametri 9, 4, 78. pejus cludit finis hexametri *ib.* 75. T. Livius hexametri exordio coepit *ib.* 74.

Hiatus. extremus expirantis h. 6, 2, 31. ne immodicus hiatus rictus distendat 1, 11, 9. praecipuus erit hiatus earum, quae cavo aut patulo maxime ore efferuntur 9, 4, 33.

Hibernus. nivibus hibernis 12, 10, 64.

Hic. hi (*a.l.* ii) 5, 10, 20 *N. cr.* his (*a. l.* iis) *ib.* 121. 10, 2, 9 *N. cr. etc. Z. reposuit* his *pro* iis 2, 8, 7. 3, 1, 11. 3, 7, 8. 6, 3, 10. 9, 3, 7; *seq. Relat.:* hi *pro* ii 9, 4, 106; his *pro* iis 4, 1, 39. 50. 4, 2, 65. 122. 5, 13, 27. 8, 3, 76. I) *ad antecedentia relatum.* α) *ad proxime antecedentia:* haec inversa consuetudo 3, 9, 9. in hac parte 2, 12, 3. *cf.* 9, 3, 76. Haec (*Sp.* et) tam frigida, quam est nominum fictio 6, 3, 53 *Z.* haec proxima 10, 7, 25. Communes loci ex mediis sunt judiciis —: quanquam, hi quoque ab illo generali tractatu ad quasdam deduci species solent 2, 4, 22. Hae porro actiones constant comparatione: ipsa comparatio *etc.* 7, 2, 22. Talis esse debet orator, et haec scire 12, 5, 6. haec clarior divisio, quam eorum, qui *etc.* 3, 5, 2. hac (*actione*) plus opinionis consecutum, quam eloquentia: eadem *etc.* 11, 3, 8. ut hac (*a. l.* hic) corporis humani — ita equorum quoque *etc.* usus est similitudine 5, 11, 25 *N.* In hoc genere propositio dubia est: de hac enim quaeritur 5, 14, 11. *cf. ib.* 19. In hoc genere prorsus recipio hanc brevem annotationem, libellosque *etc.* Illud, quod Laenas praecipit, displicet mihi 10, 7, 31. *cf. infra* II, *β.* Qui haec edit, debet hoc bibere 8, 5, 23. *β*) *ad remotiora:* Quos ego existimo, si quod in his finibus invenerint uberius solum, fertilioremve segetem, negaturos Atticam esse, quod plus, quam acceperit seminis, reddat; quia hanc ejus terrae fidem Menander eludit 12, 10, 25 *N. cf. ib.* 27 *N.* Interim, si resolvere ex parte diversa dicta difficilius erit, nostra argumenta cum adversariorum argumentis conferemus; si modo, haec ut valentiora videantur, effici poterit 5, 13, 12. *cf.* 6, 1, 52. *γ*) *c. emphasi quadam:* Sed hoc quidem discernere modici judicii est 8, 3, 11. Sed haec quidem translatio temporum — verecundior ap. priores fuit 9, 2, 41. Nisi tamen omnibus verbum et amorem patrium, atque hunc quidem ardentissimum ostenderit 4, 2, 96. Nec hoc dico — pro patre, fratre, amico periclitantibus 12, 1. 40 *N.* nec hoc paucis modo verbis 11, 1, 58. *δ*) *in aposiopesi:* Sed haec amictus observatio, dum incipimus 11, 3, 144. Sed haec, prout formari animos judicum expediet 4, 1, 60. *cf.* 12, 2, 26. [Sed hoc feliciter, evaluit (*Z. comma tollit*) 8, 6, 33 *S.*] Haec conjecturalia 7, 1, 53. Haec (*Sp.* hoc) in planis 1, 10, 45 *Z.* Haec circa defensionem facti 7, 4, 13. Hoc (*a. l.* haec) et ap. eos, a quibus *etc.* 11, 1, 76. Hoc, dum ordo est et pudor: contra turbantes audendum est 6, 4, 10. Hoc, dum egredimur e portu 10, 7, 23. *cf.* 12, 10, 37. *ε*) *ad notum aliquid refertur:* haec temporum velut subseciva 1, 12, 13. promtum hoc et in expedito positum 10, 7, 24. si tenuiora haec ac pressiora Graeci melius 12, 10, 38. recentis hujus lasciviae 2, 5, 22 *N. cf.* 10, 1, 43. hoc tempore 10, 1, 105. ne plurium syllabarum his (*a. l. om.*) verbis utamur in fine 9, 4, 66. hac ubique audiendi, quod aures mulceat, voluptate 11, 3, 60. ne haec quidem vulgo dicta — sine usu fuerint (*cum contemtu quodam*) 5, 11, 37 *N.* *ζ*) *ap. Verba dicendi et existimandi:* thesaurus hic (*i. e.* memoria) eloquentiae dicitur 11, 2, 1. mihi hanc esse figuram magis placet 8, 6, 21. *cf.* 8, 3, 7. hunc quidam dicant *εὐφαντασίωτον*, qui *etc.* 6, 2, 30. Sunt qui hos (*a. l.* hoc) *μερικοὺς ἐπιλόγους* vocent 6, 1, 55; has tropos esse existimaverant 9, 1, 1.

dicuntur hi causa mortis fuisse 7, 3, 32. cum philosophum dicunt, hoc accipi volunt, bonum virum 2, 21, 12. hoc Celsus sustentationem vocat 9, 2, 22. nisi potius hoc esse volumus dactylum et bacchium 9, 4, 101. *cf.* 8, 6, 61 *Z.* Adhibetur extrinsecus in causam et auctoritas. Haec secuti Graecos — judicia aut judicationes vocant 5, 11, 36 *N.* η) *i. q. talis:* omnes autem hos affectus 6, 1, 51. *cf. ib.* 44. sine hac quidem conscientia 10, 3, 2 *N.* fingere sibi has imagines 11, 2, 21. Ceterum haec propositio aut confessa est *etc.* 5, 14, 13 *N.* has tragoedias movere 6, 1, 36. *cf.* 11, 2, 21. neminem haec utilitas fugiet 2, 5, 17. Itaque et versus hi (*a. l.* hic) fere excidunt 9, 4, 76; paucissima hujus juris vel artis 5, 14, 32; juris civilis scientia huic viro necessaria est 12, 3, 1. Nam quis erit hic (*i. e. quem quaerimus*) Atticus? 12, 10, 21 *S.* hunc ut deum homines intuebuntur 12, 10, 65. ϑ) *c. emphasi repetitur:* Hic (*Homerus*) omnibus eloquentiae partibus exemplum et ortum dedit. Hunc nemo in magnis rebus sublimitate, in parvis proprietate superaverit 10, 1, 46. hic opus ejus, hic labor est 5, 2, 7. hoc exercitatio petit, hoc imitatio *etc.* 8, Pr. 16. *cf.* 8, 6, 47 *Z.* hoc (*vultu*) quosdam amamus, hoc odimus 11, 3, 72 *N.* hoc est, quod dominatur in judiciis, haec eloquentiam regunt 6, 2, 4 *N.* Haec (*memoria*) paucis admodum horis magnas causas complectitur. Haec — ipsis noctis tenebris adjuvatur. Haec inter medios rerum actus aliquid invenit vacui 10, 6, 1. *cf.* 12, 10, 51. ι) *Neutr.* a) *i. q. haec res:* qui in hoc (*Acc.*) dicam 6, 2, 27; de hoc 1, 2, 24. 6, 1, 39; praecipuum in hōc opus est, scire *etc.* 9, 4, 60. *cf.* 2, 5, 8. 2, 6, 1. 3, 6, 102. 3, 8, 62. 6, 4, 11. 8, 3, 2. *etc.* ex hoc 6, 3, 55. 12, 2, 23; in his 1, 11, 3. 11, 3, 116. ex his 10, 1, 6. sine his 1, 12, 17. b) *Sing. de pluribus:* Anteactae vitae crimina plerumque prima purganda sunt, ut id, de quo laturus est sententiam judex, audire propitius incipiat. Sed hoc quoque pro Vareno Cicero in ultimum distulit 7, 1, 12 *N.* *cf.* cui putat hoc vacare 9, 4, 143. c) *c. Genit.:* si alioqui hoc mentis habuissent 4, 2, 74. hoc solet incommodi accidere eis 10, 2, 23. d) *hoc est:* Eloqui enim hoc est, omnia, quae mente conceperis, promere *etc.* 8, Pr. 15. a parte negotiali, hoc est, πραγματικῇ 3, 7, 1. cum in bona tua invasero, hoc est, cum te docuero 8, 3, 89. *cf.* 7, 1, 14. 8, 2, 20. Hoc est (*Sp.* est hoc), quod scriptor demonstrare non possit, nisi *etc.* 7, 10, 7 *Z.*

II) *ad insequentia refertur:* α) In hoc genere, haec quaeruntur: An, quotiens propria lex non est, simili sit utendum 7, 8, 7. Et haec ad hortativum genus maxime pertinent, Virtus facit laudem *etc.* 5, 10, 83 *N.* *cf.* 9, 2, 56. ut omnia in haec duo partiamur 5, 10, 23. ut hoc, Non debes alienam uxorem optare 7, 1, 25. *cf.* ut in hoc 9, 4, 97. sicut hoc loco 8, 3, 51. 8, 4, 13. hoc modo mollior fit figura: Etenim *etc.* 9, 2, 32; Hoc tantum admiror, Flavum — tam anguste materiam qualitatis terminasse 7, 4, 40. Neque hoc dico, non aliquando de rebus a se gestis oratori esse dicendum 11, 1, 22. Nam qui id neget — non hoc dicat —? 7, 3, 5. quod ridiculum dictum plerumque falsum est, hoc semper, humile (*sic Z. interpunctione omnes priorum dubitationes amovit*) 6, 3, 6 *N.* β) *seq. Relat.:* haec, de quibus dixi 8, Pr. 12. Haec allegoria, quae est obscurior, aenigma dicitur 8, 6, 52. his exemplis, quae sunt discentibus magis familiaria 7, 2, 17. contrarium (hoc enim puto, quod dicitur ἐναντιότης) 9, 3, 90. Haec quoque est, quam ἑτέρωσιν vocant *ib.* 12 *N.* Et haec est proprie, cui in causis quartus assignatur locus 5, 13, 1. Sed hae (*egressiones*) sunt plures, ut dixi, quae per totam causam varios habent excursus 4, 3, 12. hoc genus, quod πολύπτωτον vocant 9, 3, 37. hic, qui bello civili se interfecit,

Cato 11, 1, 36. huic, quod secundo loco posui 10, 5, 21. haec, de quibus loquimur 9, 1, 8. praeter hoc, quod est commune 11, 1, 58. ex his, qui vetustatem pertulerunt 10, 1, 40. *cf.* 8, 6, 11. 9, 2, 1. 10, 1, 33. 80. 128. 12, 1, 39. 12, 2, 28. 12, 10, 48; quae in scholis abdicatorum, haec in foro exheredatorum a parentibus ratio est 7, 4, 11; *seq. Interrog. indir.:* Mire tractat hoc (*a. l.* haec) Cicero, quae facturus fuerit Clodius 9, 2, 41; *seq. cum:* cum etiam hoc genus simulari litium soleat, cum quidam petunt 11, 1, 56. γ) *seq. ut:* quae nascendi hanc fecerit legem, ut majora animalia diutius visceribus parentis continerentur 10, 3, 4. antiquis hoc fuisse ad augendam eloquentiam genus exercitationis, ut theses dicerent 2, 1, 9. *cf.* 6, Pr. 1. 8, 6, 38. 11, 3, 148; Non hoc agimus, ut istud illi — viro saepe sit faciendum 12, 1, 44. *v.* Ago. hoc exuberantis quidem est operis, ut explicemus *etc.* 10, 5, 1. fortuita hoc (*a. l.* haec) cogitatio praestat, ut obvios non videamus *etc.* 10, 3, 29; Nempe plurimum in hoc laboris exhausimus, ut ostenderemus *etc.* 8, Pr. 6. habenda fides est vel in hoc, ut, qui crediderit, et speret 11, 2, 51 *N.* *cf.* 6, 3, 15. *v.* In. δ) *seq. quod:* difficilior hoc (*interrogatio est*), quod raro possunt — scire 5, 7, 22. hoc magis, quod (*a. l.* quia) illic ut litigatores loquimur frequentius 6, 2, 36. hoc pessima (*cura*), quod rei studiosus non verba rebus aptabit 8, 3, 30. sive ex hoc duxerint nomen, quod sint formati quodam modo; sive ex eo, quod vertant orationem 9, 1, 1; Quod ipsum hoc fieri potest levius, si — coeperimus 11, 2, 41; aperta figura perdit hoc ipsum, quod figura est 9, 2, 69. propter hoc ipsum ostendenda non sunt, quod apparent 12, 9, 6. hoc ipso fidem detrahimus illis, quod sint tam gravia 9, 2, 53. *cf.* 4, 1, 54. 5, 11, 41. 6, 2, 16. 9, 2, 75. 10, 1, 75. 11, 2, 35. 12, 7, 18. 12, 8, 12. 12, 10, 45.

III) *cum aliis Pronominibus junctum.* α) haec est illa, quae δείνωσις vocatur 6, 2, 24. hic est ille status quantitatis 7, 4, 15; quidquid hoc est in me infelicium literarum 6, Pr. 3; Idem hoc praestant, quae antecesserunt 8, 4, 17. ex iisdem his speciem accipiunt, ex quibus vires 8, Pr. 19. haec eadem genera commodius in rebus — respondent 6, 3, 54. *v.* Idem; neque hoc totum, neque alia ejus volumina evolvunt 2, 15, 24. totum hoc apte dicere 11, 1, 7. haec omnia 11, 1, 49. omnibus his 8, 4, 4. *v.* Omnis. β) Sed hoc ipsum argumenta ex causa trahit 5, 4, 2. *cf.* 2, 1, 8. 4, 5, 7. cavere debet hoc ipsum, ne *etc.* 5, 7, 16. nisi hoc ipsum *hominibus* medium sit 8, 3, 45. *Venit ex Asia*, hoc ipsum quam bonum 9, 3, 43. *cf.* 12, 10, 29. haec ipsa plus valent 5, 8, 3. an per hoc ipsum reconciliari velint 5, 7, 13. ut hoc ipso alliceremus magis juventutem 3, 1, 3. *cf.* 8, 4, 8. his (*a. l.* iis) ipsis ejus operibus, in quae juvenis secesserat 10, 1, 91. in hoc ipso diversas opiniones secuti 9, 1, 15. *v. supra* II, δ. *et* Ipse.

IV. *sibi aut aliis Pronominibus oppositum.* α) Ego hoc dico, adversarius hoc 4, 4, 8. quid responsurus sit adversarius his et his 6, 1, 3 *Z.* cum sciret haec et haec *ib.* 4. [historia — hac et hac fluit. *Turic. a sec. manu* (*Sp.* ac fl.) 9, 4, 129 *N. cr.*]. interim quaeritur, Hoc an hoc? Furtum (*Sp.* q., hoc f.), an sacrilegium? 7, 3, 9 *S.* β) Quare hoc modo — Ciceronis est in eundem Isauricum, *Miror etc.:* sed illud ex eodem genere praeclarum, cum *etc.* 6, 3, 48. At haec tam timida defensio detrahit auctoritatem illi, qua recte dicebamus occisum 7, 1, 36. Si deerunt haec remedia, ad illa declinandum est 7, 2, 30. Non haec solum, de cujus genere ante dictum, sed illa quoque 8, 2, 16. Et haec quidem ex arte, illa vero ex studio, ut *etc.* 10, 7, 7. ut illud tempus, quod brevis ex longa accipit,

huic quoque accederet 9, 4, 94. Hi vero parva illa, quae *etc.*, despicienda judicaverunt 11, 1, 13. his illa potentiora, quod *etc.* 12, 10, 34. Hos ille formabit quasi eloquentiae parens 12, 11, 5. propter humorem potius, nam hoc illa aetas turgescit 11, 3, 28. Hoc enim est ex illa arte non inutile, attendere signa ad eos, qui excidunt, sensus 11, 2, 29. *cf.* 6, 3, 36. 9, 3, 10; in his quidem minor est labor, — illic plus difficultatis 11, 1, 68; cum hic testamento, ille proximitate nitetur 3, 6, 95. *cf.* 9, 1, 15. haec enim se pars jurejurando, illa consensu signantium tuetur 5, 7, 32. in his judicem sibi, in illis alii credere *ib.* 33. an illum deposuisse apud hunc 7, 2, 50. *v.* Ille. γ) *hic ad propiorem, ille ad remotiorem:* ratio loquendi et enarratio auctorum: quarum illam methodicen, hanc historicen vocant 1, 9, 1. πάθος atque ἦθος esse interim ex eadem natura, ita ut illud majus sit, hoc minus 6, 2, 12. *cf. ib.* 17 *N.* 4, 1, 15. 6, 1, 9. 10, 1, 106; Nam, cum (*Sp. inser.* nisi) ex illo et hoc loco (*Z. de utroque actore explicat*) nihil non (*Sp. om.*) ab oratore tractetur, quidquid de honestis et utilibus, denique faciendis et non faciendis dicitur, ἦθος (*Sp.* huc) vocari potest (*sic Z. locum restituit*) 6, 2, 11 *N. et S.* δ) *hic ad remotiorem, ille ad propiorem:* causa omnis, in qua pars altera agentis est, altera recusantis, aut unius rei controversia constat, aut plurium. Haec simplex dicitur; illa conjuncta 3, 10, 1 *N.* Hoc — Cicero atque Asinius certatim sunt usi: pro Scauro hic, ille pro filio 6, 1, 21 *N.* et invidiam; namque altera invidum, altera invidiosum facit. Hoc autem hominis, illud rei est 6, 2, 21. *cf.* 1, 5, 13 *N.* 6, 1, 9. 6, 2, 9. 8, Pr. 17. 11, 3, 30. 41. 12, 10, 16.

V) *adverbialiter.* α) *Ablat.:* Hoc amplius 1, 5, 50 *N.* Hoc apertius 3, 6, 73. Is porro, quo generosior celsiorque est, hoc majoribus velut organis commovetur 1, 2, 30. *cf.* 4, 2, 14. 8, 3, 74. hoc sunt exempla potentiora — quia, quae doctor praecepit, orator ostendit 10, 1, 15 *N.* β) *Accus. aut Ablat. post Praeposs.:* Ac primum — Ad (*a. l.* at) hoc 12, 1, 38—42. *v.* Ad. Quis inter haec literis *etc.* locus 12, 1, 7. habemus ante omnia virum bonum, post haec dicendi peritum *ib.* 27. et rectus ordo, et apta junctura, et cum his numerus opportune cadens 9, 4, 27.

Hic. *Adv.* I) *simpliciter.* α) *i. q. hac in re, hac in parte:* Hic quaestio, ubi judicatio est 3, 11, 17 *N. cr.* hic causae cardinem ponit 5, 12, 3. hic meritorum, temporis, praemii collatio est 7, 7, 2. hic (*Sp.* hinc) Agrippa et Opiter *etc.* erunt 1, 4, 25 *Z. v.* Hinc. At nunc, velut campum nacti expositionis, hic potissimum (*i. e. in narratione*) et vocem flectunt *etc.* 4, 2, 39. *cf.* 7, 4, 24. At hic (*i. e. in epilogo*), si usquam, totos eloquentiae aperire fontes licet 6, 1, 51; variavit hic adhuc, et rursus rationem tertio loco posuit 5, 14, 18. Hic veteres artifices illud recte adjecerunt, ut *etc.* 11, 3, 106. hoc exercitatio petit, hoc imitatio; hic omnis aetas consumitur 8, Pr. 16; Hic (*i. e. hoc tempore*) vim Caesaris, indolem Coelii *etc.* reperiemus 12, 10, 11. β) *i. q. in hoc loco:* ut hic, Fur quadruplum solvat *etc.* 7, 6, 2. Hic sequens locus talis est, ut, si fieri non potuit, sublata lis sit 7, 2, 45; sicut hic Cicero consequitur, ne *etc.* 9, 2, 62. Hic (*Sp.* hinc) erit ad alia transitus 7, 6, 5 *Z.* hic potest videri de re contentio 5, 14, 12. Hic enim dubium est 6, 3, 83. si promittat hic pater 9, 2, 91. quod hic singulis verbis bini pedes continentur 9, 4, 65. Hic finitio est accusatoris 7, 3, 32. *cf.* 3, 6, 92. 3, 11, 11. 5, 10, 109. 7, 3, 24; Hic vero tegere nos judex — credat 9, 2, 76. hic et quaeritur 5, 10, 118. Quod liberius hic et vehementius fieri potest, quia

judici nota jam causa est. Hic (*Sp.* his) igitur velut fomentis, si quid erit asperum, praemolliemus 4, 3, 9. 10. hic etiam fusca illa vox — mire faciet 11, 3, 171. hic quoque fictae controversiae utar exemplo 7, 3, 30. *cf.* 4, 1, 19. 6, 3, 36. *γ) i. q. tum:* Hic mulier erubuit merito 5, 11, 29. II) *opp. illic:* *α*) hic enim tantum concitari, illic affici debet 6, 2, 14 *N.* illic de futuris, hic de factis agitur 7, 4, 2. ut illic verba sint verbis diversa, hic sensus sermonis voci 9, 2, 46. quod illic dubitat, hic emendat 9, 3, 88 *N.* *cf.* 3, 8, 31. 3, 11, 25. 7, 8, 1. *β*) *hic ad remotius, illic ad propius:* aut illic detractionem, aut hic adjectionem putabit 1, 5, 14 *N.* Id tamen totum respondenti facilius est, quam proponenti: quia hic admonendus judex, illic docendus est 4, 1, 36.

Hicce. in omni parte hujusce officii 6, 4, 8. in toto artis hujusce tractatu 8, Pr. 5. manifesta est exercitationis hujusce ratio 10, 5, 2. ignara hujusce doctrinae loquacitas erret 12, 2, 20.

Hiems. reponere in hiemem alimenta 2, 16, 16.

Hilaris. *α*) *de hominibus:* si tristia dicamus hilares 11, 3, 67. hoc (*vultu*) tristes, hoc hilares sumus *ib.* 72. non nisi refecti, non nisi hilares, non nisi omnibus aliis curis vacantes 10, 3, 29. *β*) *de rebus:* hilarem adolescentiam 8, 6, 27. tristes, hilares *etc.* (*causae*) 11, 3, 151. laetis in rebus plena et simplex et ipsa quodammodo hilaris fluit (*vox*) 11, 3, 63; hilarior protinus renidet oratio 12, 10, 28; hilari diversum est (*tristis oratio*) 8, 3, 49. id, quod dicitur, aut est lascivum et hilare, aut contumeliosum 6, 3, 27. in convictibus — lasciva humilibus, hilaria omnibus convenient *ib.*

Hilaritas. — remissis (*superciliis*) ostenditur 11, 3, 79. ut citra motum quoque (*oculi*) et hilaritate enitescant, et tristitiae quoddam nubilum ducant *ib.* 75. luxuria hilaritatis nomine lenietur 4, 2, 77. ad hilaritatem impulsi (*fig.*) 9, 2, 3.

Hinc. I) *de loco et parte.* *α*) *unde aliquid discernitur:* discedamus hinc quoque 7, 1, 20. Hinc quoque exclusis (*Sp.* excl. q. his) excusatio superest 7, 4, 14 *Z.* *β*) *unde aliquid incipit:* Jam hinc igitur ad rationem sermonis conjuncti transeamus 8, 3, 40. *v.* Hic. Ac si quis est, qui flagitia manifesta — non vitet, jam hinc sciat 2, 2, 15. jam h. ordinem sequar (*a. l.* hic *al.* hunc) 10, 3, 4. jam hinc, quo quaeque modo invenienda sint, exequar 3, 1, 1. hinc enim jam elocutionis rationem tractabimus 8, Pr. 13. hinc jam incipiam 2, 4, 1. Jam hinc ergo nobis inchoanda est ea pars 2, 11, 1. h. velut diversae viae secari coeperunt 3, 1, 14. atque h. initium ejus artis fuisse 10, 1, 3. Theophrastus quoque de rhetorice diligenter scripsit: atque hinc vel studiosius philosophi, quam rhetores 3, 1, 15. II) *de causa et origine:* ne inde odium, hinc contemtus oriatur 2, 2, 5. *v.* Inde. sed h. vehemens quaestio et aspera exoritur de jure belli 5, 10, 113. *cf. ib.* 39. plurima hinc orta vitia 8, 6, 74. h. etiam ille major — nasci affectus solet 6, 2, 16. h. accidit dubitatio 1, 1, 32. *v.* Accido. ut posset h. esse metus 6, Pr. 10. Hinc (*a. l.* hic) moventur quidem illae cavillationes 7, 4, 37 *Z. N.* pars magna controversi juris h. pendet 7, 6, 1. Hinc illa quoque exercitatio subit comparationis 2, 4, 21. h. aliqui famam eruditionis affectant, ut *etc.* 8, 2, 12. h. et patres adv. liberos petunt auctoritatem 5, 12, 13. Eadem dissimilium ratio est. Hinc eques Romanus — inquit 6, 3, 63. Hinc mihi ille justitiae haustus bibat, hinc sumtam libertatem in causis atque consiliis praestet 12, 2, 31; Hinc

tumor et vana de se persuasio 2, 2, 12. **Hinc** parentum imperitorum inane gaudium 2, 4, 16. III) *quo aliquid pertineat:* Hinc enim sunt, quae *εἰκότα* dicuntur 5, 10, 15. H. est quasi poenitentia dicti 9, 2, 60. *cf.* 1, 4, 25. 3, 6, 27. 7, 4, 6 *Z.* 9, 2, 60. 9, 3, 66. 12, 2, 6. Hinc sint Laelii, Africani *etc.* 12, 10, 10 *N.;* hinc illae quaestiones 3, 6, 84.

Hinnio. Jam ne balare quidem aut hinnire fortiter diceremus, nisi judicio vetustatis niterentur 1, 5, 72. genus est animal — proprium hinniens 7, 3, 3.

Hio. hiare semper vocalibus 9, 4, 20. hiat et intersistit et quasi laborat oratio *ib.* 33. fit aspera et dura et dissoluta et hians oratio 8, 6, 62. nec commissuris modo hiantibus 12, 9, 17.

Hippocentaurus. quid tu me Hippocentaurum putas? 6, 3, 90.

Hircus. hircis *(a. l.* hirquis) *Virg.* 9, 3, 59. *v.* Ircus.

Hirtus. hirta toga 12, 10, 47.

Hisco. magnae nunc hiscite terrae *(poët.)* 9, 2, 26.

Historia. I) *Sing.* *α)* narrationum tres accepimus species — historiam, in qua est gestae rei expositio; grammaticis autem poëticas dedimus: apud rhetorem initium sit historia; tanto robustior, quanto verior 2, 4, 2 *N.* — sit ea neque arida prorsus atq. jejuna; neque rursus sinuosa et arcessitis descriptionibus — lasciviat (*Sp.* lasciva) *ib.* 3. historiae ubertas 10, 5, 15. minus pressus, quam historiae auctoritas postulat 10, 1, 102. Historia quoque alere orationem quodam uberi jucundoque succo potest. — Est enim proxima poëtis et quodammodo carmen solutum, et scribitur ad narrandum, non ad probandum 10, 1, 31. historiae, quae currere debet ac ferri, minus convenissent insistentes clausulae 9, 4, 18. Historia non tam finitos numeros, quam orbem quendam contextumque desiderat. Namque omnia ejus membra connexa sunt, quoniam lubrica est ac (*a. l.* et hac et hac) fluit *ib.* 129. *β)* hic (*Sallustius*) historiae major est auctor 2, 5, 19 *N.* Iugurthinae conditor historiae *Cic. epigr.* 8, 3, 29. *cf.* 12, 11, 23. At non historia cesserim Graecis 10, 1, 101. historiam multi scripsere praeclare *ib.* 73. historiae magis idoneus 2, 8, 7. in historia praedictis minor 10, 1, 74. si — historiae lectione discipulos instruxerit 2, 5, 1. Ex historia etiam ducere urbanitatem, eruditum 6, 3, 98; cum historiae cuidam, tamquam vanae, repugnaret 1, 8, 20. II) *Plur.* *α)* historiarum scriptor 3, 8, 49. quae (*exempla*) conscripta sunt historiis 12, 4, 1. *cf.* 10, 1, 34. nihil in historiis supra Pontificum annales haberemus 10, 2, 7. *β)* *de singulis narrationibus:* historiarum enarratio, diligens quidem illa, non tamen usque ad supervacuum laborem occupata 1, 8, 18. excutiendum omne scriptorum genus, non propter historias solum 1, 4, 4. non orationes modo, sed etiam historias legere 3, 8, 67. scriptis orationibus vel historiis 2, 18, 5. ex historiarum veterum notitia 1, 6, 31. controversias, quae, ex historiis compositae, certis agentium nominibus continentur 3, 8, 52. historias exponat 1, 2, 14 *N.* similis in quibusd. interim etiam historiis gratia consequi solet 6, 3, 44. Graecis historiis poëtica plerumque similis est licentia 2, 4, 19. Necessariam historiarum oratori scientiam 12, Cap. 3.

Historice. enarratio auctorum — hanc historicen vocant 1, 9, 1.

Historicus. I) *Adj.:* historicas (*prosopopoeïas*) 3, 8, 53. historico nitore 10, 1, 33. II) *Subst.:* alii ab aliis historici dissentiunt 2, 4, 19. reprehensi a geometris sunt historici, qui magnitudines insularum satis

significari navigationis ambitu crediderunt 1, 10, 40 *N.* auctoritas ab oratoribus vel historicis peti solet 1, 6, 2. 11. *cf.* 8, 2, 15. 8, 6, 65. aut rerum exempla ab historicis, aut dicendi ab oratoribus petuntur 12, 11, 17. ne in oratione poëtas nobis et historicos imitandos putemus 10, 2, 21. assumtis historicorum criticorumque viribus 2, 1, 4. *v.* Criticus. cum historici, tum etiam comici veteres tradunt 12, 2, 22; expositionem — causarum, quibus historici frequentissime utuntur 4, 2, 2. Unde apud historicos reperiuntur obliquae annotationes 9, 2, 37. affectus quidem, praecipue eos, qui sunt dulciores, nemo historicorum commendavit magis (*quam Livius*) 10, 1, 101 De lectione historicorum ap. rhetorem. 2, Cap. 5.

Histrio. Vidi ego saepe histriones atque comoedos, cum ex aliquo graviore actu personam deposuissent, flentes adhuc egredi 6, 2, 25 *N. et S.* histrionibus paulo gravioribus 11, 3, 89. actus histrionum veris affectibus (*minor*) 10, 2, 11. histrionum multa circa voces easdem variare gestus potest 10, 5, 6.

Hiulcus. nonnunquam hiulca etiam decent, faciuntque ampliora quaedam 9, 4, 36.

Hodie. sunt enim summa hodie ingenia 10, 1, 122. Sunt et hodie clari ejusdem operis auctores 3, 1, 21. Sunt clari hodieque (*a. l.* hodie quoque) et qui olim nominabuntur 10, 1, 94 *N. cr.*

Hoedus. *v.* Foedus et Oedus.

Homicida. An, qui se interficit, homicida sit 7, 3, 7. in quibus omnia sunt homicidae praeter manum (*Sp.* malum) 7, 3, 34 *N. et S.*

Homicidium. si quis homicidii accusetur 3, 10, 1. si constituerimus homicidii (*reum*) temerarium 4, 2, 52.

Homo. hominem appellari, quia sit humo natus 1, 6, 34. I) *generaliter.* *α*) homo est animal — mortale — rationale 5, 10, 56. *cf.* 7, 3, 15. deus hominem nullo magis separavit a ceteris animalibus, quam dicendi facultate 2, 16, 12 *N. cf. ib.* 17. hominem ratione atque oratione excellere ceteris (*animalibus*) 2, 20, 9. si mutis animalibus finis voluptas, idem homini 5, 11, 34. ut sine thalamis vitam non hominum putet sed ferarum 9, 2, 64. Phidias diis quam hominibus efficiendis melior artifex 12, 10, 9. *v.* Deus. Homo est ille (*excusandi formula*) 8, 3, 86 *N.* παρονομασία — Quando homo, hostis homo (*i. e. cum homo sit, idem et hostis; sententia veteribus non aliena*) 9, 3, 67 *N. et Gernh.* summi enim sunt, homines tamen 10, 1, 25. *β*) *per singulos Casus:* cum primum fingerentur homines 1, 6, 16. hominis ortus ex utroque gignentium confertur 2, 9, 3. (*corpora athletarum*) abhorrere ab illa specie, quae sit hominibus concessa 12, 10, 41. hoc providentia hominibus munus dedit, ut honesta magis juvarent 1, 12, 19. virtutem, qua nihil homini, quo ad deos immortales propius accederet, datum est 12, 2, 2. orandi majestatem, qua nihil dii immortales homini melius dederunt 12, 11, 30; ipsius hominis laus ex animo et corpore et extra positis peti debet 3, 7, 12. quod natura hominis summum habet 12, 2, 18. a sensu hominis remotus 2, 17, 3. *γ*) *c. Contrapositis:* hoc autem hominis illud rei est 6, 2, 21. ut omnia ex natura rerum hominumque fluere videantur *ib.* 13. *v.* Res. de homine dicere quam de causa malint 5, 13, 34. et operis et hominum contemtum fateri 11, 3, 136. optime, sicut hominum, pariter et habitus et nomina (*literarum*) edocebuntur 1, 1, 25. ut Cicero jam non hominis nomen sed eloquentiae habeatur 10, 1, 112. quae si quis gravabitur, non rationi defuerit sed homini 1, 1, 11 *N.* illud non ad orandi

fere consilium sed ad **hominis** (*a. l.* homines *al.* omnia) pertinet 6, 3, 34. non fuit hoc utile **persuasioni**, sed, quod est majus, **homini** 11, 1, 11 *N.* II) *de singulis.* *α*) *per singulos Casus.* a) *Sing.:* hominem occidere saepe virtus 12, 1, 37. 39. hominem devorari, cujus patrimonium consumatur (*tropus*) 8, 6, 25. interdum culpa in hominem relegatur 7, 4, 13 *N.* non magis est unius animi, quam ejusd. hominis bonum esse, ac malum 12, 1, 4. b) *Plur.:* homines, quibus negata vox est, quantulum adjuvat animus ille coelestis? 2, 16, 17. hunc ut deum homines intuebuntur 12, 10, 65. si hanc cogitationem homines habuissent 12, 11, 27. non **deesse homines, qui** ad crudelitatem eum impellant 8, 3, 85. hoc (*vultu*) homines pendent 11, 3, 72. quid aures hominum magis respuunt 11, 1, 61. praeter opinionem hominum 4, 1, 41. hominum scientia 5, 7, 4. quia hominibus parum probetur (*res*) 4, 1, 42. cultus concessus atq. magnificus addit hominibus auctoritatem 8, Pr. 20. ut esset documento hominibus 12, 11, 23; sonis homines dignoscimus 11, 3, 31. patronus — saepe eo perducit homines, ut invitis, quod prosit, extorqueat 5, 7, 27. *β*) *c. Attrib.:* utrum Caesar ater an albus homo sit 11, 1, 38. necessitate nos durum hominem aut asperum (*dicimus*) 8, 6, 6. uter melior dicetur orator? Nimirum qui homo quoque melior 12, 1, 9. hominem frugi 1, 6, 29. hom. alioqui disertissimum 8, 1, 2. docti hominis 11, 3, 143. mediocriter saltem docti hominis 9, 2, 4. hominis eruditissimi 6, 3, 108. Quid homo? nonne is generosissimus, qui optimus? 5, 11, 4. h. imperitum 12, 8, 8. malus h. 5, 6, 5. 12, 1, 9. hom magnus 12, 4, 2. homini nequam 6, 3, 97. h. nobilis 11, 1, 69. urbanus homo erit, cujus multa bene dicta responsaque erunt *Domit. Mars.* 6, 3, 105; bonos homines 12, 7, 11. homines inter se genere similes, differentes specie 12, 10, 22 *N.* eruditissimos hom. 11, 1, 4. hom. etiam modice exercitati 10, 7, 6. hom. hebetes et indociles 1, 1, 2. malis hom. 12, 1, 12. primi hom. 8, 3, 30. 9, 4, 4. illi rudes hom. primique 8, 3, 36. hom. aut alioqui turpium aut nobis invisorum 11, 1, 73. *γ*) *adj. Genit.:* homines ejus aetatis (*i. e. pueri*) 1, 2, 2. hominib. (*a. l.* omnibus) aetatis suae 10, 1, 112. *v.* **Aetas.** h. condicionis ejusdem 11, 1, 66. diversarum partium h. 5, 13, 5. ejusdem potestatis h. 5, 2, 5. h. liberi modo sanguinis 12, 9, 10. temporis ejus h. 3, 7, 5. *v.* **Tempus** I, *δ.*; *cf.* hoc hominum genus 1, 1, 8. liberrimum hominum genus 12, 2, 22.

Homonyma. quae homonyma vocantur, ut **Taurus** animal sit, an mons *etc.* 8, 2, 13.

Honestas. fas, justum, pium, aequum, mansuetum quoque subjici possunt honestati 3, 8, 26. et in laude **justitia utilitasque** tractantur, et in consiliis **honestas** 3, 4, 16.

Honeste. nec quidquam non diserte, quod honeste, dicitur 12, 1, 30. 12, 2, 31. facere ac dicere **honeste** *opp.* **turpiter** 11, 1, 14. honestissime fecisse 3, 6, 64. quae hon. suaderi Caesari possint 3, 8, 42. Cato Marciam honestene tradiderit Hortensio 10, 5, 13. ad **honeste turpiterque** vivendum 5, 10, 24. *cf.* 1, 2, 3. 9, 3, 95. quod iis (*bonis*) hon. sit usus 3, 7, 13.

Honestus. I) *de dignitate:* *α*) honestis parentibus ac majoribus natus 11, 1, 85. honestissimus conventus 1, 2, 9. honestus ornatus 8, 3, 11. *β*) *Subst.:* **honestus, humilis** 11, 1, 42 *N. cf.* 4, 1, 16. 5, 7, 24. cum — convicium **honestus inferioris** fert 6, 2, 14 *Z. N.* res, quae fere ab omnibus honestis negligi solet, cura bene ac velociter scribendi 1, 1, 28 *N.* cultus omnibus honestis debet esse splendidus et virilis 11, 3, 137. II) *de virtute.* *α*) *c. Nominib.:* quod omnium sit votum parentum, ut

honestiores, quam sint ipsi, liberos habeant 11, 1, 82; hon. causa 5, 10, 35. compositio debet esse honesta, jucunda, varia 9, 4, 146. honesta ac pulcherrima rerum eloquentia 1, 12, 16. error hon. 1, 6, 2. factum hon. 6, 1, 22. 7, 4, 4. hon. genus causarum 4, 1, 40. 41. honestissimo labore 12, 7, 10. honesta lex 2, 4, 37. honestiss. libertatis 11, 1, 37. quam honestiss. praecepta 12, 2, 27. *cf.* 2, 16, 10. ratione honesta 12, 1, 39. hon. sermo *ib.* 30. honestiss. testimonia 5, 11, 37. honesta (*verba*) turpibus potiora 8, 3, 17. 45. hon. vita Pr. 10. 12, 2, 31. 12, 11, 12. hon. voluntate 12, 1, 45. *β*) *c. Verbo substant.:* quod honestum sit, efficere 11, 1, 35. ne utile quidem, nisi quod honestum 3, 8, 1. 3. versus honestum aliquid monentes 1, 1, 35. idne sit honestum, quod vulgo laudatur 3, 6, 41. si falsum tuebitur (*bonus orator*), erit tamen honestum, quod ipse faciet 12, 7, 7; non modo, quae diserta, sed vel magis, quae honesta sunt, discant 1, 8, 4. pleraque esse, quae non tam factis quam causis eorum vel honesta fiant vel turpia 12, 1, 36; si portorium Rhodiis locare honestum est 5, 10, 78. honestum quibusd. rapto vivere 3, 7, 24; sunt aliis alia honestiora, sublimiora, nitidiora, jucundiora, vocaliora 8, 3, 16. si non ad luxuriam ac libidinem referas, eadem speciosiora quoque sint, quae honestiora 12, 10, 47. Quid est honestius, quam docere, quod optime scias 12, 11, 6; longe honestissimum ac liberalibus disciplinis dignissimum — non vendere operam 12, 7, 8. *γ*) *simpliciter.* a) *Sing.:* partes suadendi quidam putaverunt honestum, utile, necessarium 3, 8, 22. nos justum, pium, religiosum honesto complectimur 2, 4, 38. honesti studiosus 10, 1, 79. omnis honesti justique disciplina 12, 2, 1. pietas et fortitudo et honesti praesens imago 12, 1, 28. honesti quaestio 3, 7, 28. de honesto ac bono 2, 2, 5. b) *Plur.:* omnia honesta 11, 1, 42. dedit hoc providentia hominibus munus, ut honesta magis juvarent 1, 12, 19. honesta honestis suadere facillimum 3, 8, 38. honesta suaserunt (*Stoici*) 10, 1, 84. honestorum quaestio 3, 4, 16. bonus dicet saepius vera atq. honesta 12, 1, 11. Saepe et utilitatem despiciendam esse dicimus, ut honesta faciamus 3, 8, 30. laudare honesta et vituperare, quae ex confesso sint turpia 3, 5, 3. de honestis, justis, utilibus quaestiones 3, 6, 41. *cf.* 3, 4, 16. 6, 2, 11. 10, 1. 35. *v.* Utilis. in eodem pectore nullum est honestorum turpiumque consortium 12, 1, 4. *cf. ib.* 3. 2, 20, 8. 3, 5, 3. 3, 8, 40.

Honor s. Honos. I) *Sing.* *α*) cum honore *opp.* per contumeliam 4, 1, 11. si in tota actione appareat non honor modo sed etiam caritas 11, 1, 72. Est laus et operum, in quibus honor, utilitas, pulchritudo, auctor spectari solet. Honor, ut in templis 3, 7, 27; honos aut ignominia, veram esse laudem vel vituperationem probat 3, 7, 22. hunc mordebit objurgatio, hunc honor excitabit 1, 3, 7. de honore an de poena lex scripta sit 7, 7, 7. *cf.* 7, 4, 16. in sexus honorem 1, 1, 6. in honorem victoriae 11, 2, 12. *β*) *c. Genit.:* honor Deorum 3, 8, 29. non satis honorem judiciorum coelestium intelligam 4, Pr. 2. alterum (*librum*) temerario editionis honore vulgaverant Pr. 7. et pulchritudinem interim roburque honore verborum prosequimur 3, 7, 12; se studuisse petitioni Sulpicii contra honorem Murenae 11, 1, 69. *γ*) *Accus.:* addunt etiam diis honorem parentes 3, 7, 8. supplicationes, qui maximus honor victoribus bello ducibus datur 2, 16, 7. *cf.* 3, 8, 9. plus honoris literis tribuerunt 2, 12, 11. minus honoris merebuntur 3, 7, 24. 11, 2, 39. II) *Plur.:* divini honores et decreta 3, 7, 17. leges, quae de honoribus aut imperiis rogentur 2, 4, 40. quod honores contra

peteret 6, 1, 17. quod invito patre honores petierit 7, 4, 4. poenam suam honoribus summis aestimaturus 11, 1, 10. non aliunde (*quam ex eloquentia*) majores opes, honores *etc.* hominibus contigisse 12, 11, 29.

Honorificus. seria partitur (*Domitius Marsus*) in tria genera, honorificum, contumeliosum, medium. Et honorifici ponit exemplum Ciceronis pro Ligario apud Caesarem 6, 3, 108. ridiculum dictum plerumque falsum est, hoc semper humile — praeterea nunquam honorificum 6, 3, 6.

Honoro. honorandus sum *opp.* puniendus es 3, 6, 74. qua quis lege puniendus vel honorandus sit 7, 4, 41. honorarit eos an deceperit 5, 10, 118.

Hora. ante horam nonam 6, 3, 49. paucis admodum horis 10, 6, 1. cur non pluribus curis horas partiamur? 1, 12, 4. alias horas — trahunt 12, 11, 18. Esse eum omnium horarum (*urbane dictum de Asinio Pollione*) 6, 3, 110.

Hordeum. hordea et mulsa non alio vitiosa sunt, quam quod pluralia singulariter, et singularia pluraliter afferuntur 1, 5, 16 *N.*

Horreo. non ita nomen ipsum accusatoris horrebit 12, 7, 1.

Horride. qui horride atque incomposite illud extulerunt 10, 2, 17.

Horridus. α) tristes et horridae (*literae*) 12, 10, 28. 29. [horridum, reor: tolerabile autumo (*corruptam hanc lectionem Z. sic constituit:* tanquam parum sit, si dicatur quod horridum. Reor tolerabile, autumo tragicum *etc.* *v.* Aerumna) 8, 3, 26.]. β) *c. Nominib.*: illum horridum sermonem, ut forte fluxerit 9, 4, 3. quaedam genera dicendi condicione temporum horridiora 12, 10, 10. argumenta, velut horrida et confragosa, vitantes 5, 8, 1; fient horridi atque jejuni (*antiquorum imitatores*) 2, 5, 21.

Horror. ut sit horror ille terribilis 11, 3, 160; veterem illum horrorem (*in dicendo*) malim, quam istam novam licentiam 8, 5, 34.

Hortatio. ille in castigationem, hic in hortationem amorum compositus 3, 8, 54 *N.*

Hortativus. hortat. genus 5, 10, 83 *N.*

Hortator. jucundus hic magis, quam studiorum hortator, videtur esse secessus 10, 3, 23.

Hortatrix. velut hortatrix manus 11, 3, 103.

Hortor. hortandi, dehortandi 3, 4, 9. citatior manus hortatur, interim laudat 11, 3, 102. remigem cantus hortatur 1, 10, 16; qui et ipse (*motus corporis*) excitat oratorem, et jactatione manus, pedis supplosione hortatur 10, 7, 26; si ad curam reip. horteris 5, 11, 24. ad concordiam hortari 6, 1, 50. ad diligentiam hort. 9, 4, 133. hortor ad quaerendum 5, 12, 1. hortatur ad reliqua fortius exequenda, scire, quantum supersit 4, 5, 23.

Hortus. qui se praetori in hortis ostenderat 3, 6, 18 *N. et S.* ne hortis accommodent curam 1, 12, 7.

Hospes. Attica anus Theophrastum — hospitem dixit 8, 1, 2.

Hostis. α) vincere hostem 12, 1, 43. hostis pro salute patriae fallendus *ib.* 39. Recte igitur insidiator, ut hostis, occiditur 5, 14, 22. debent oratori sic esse adversariorum nota consilia, ut hostium imperatori 12, 1, 35. β) os oculosque hostis Galli 2, 4, 18. Quando homo, hostis homo. (*fig*) 9, 3, 67 *N.* *v.* Homo. si facultatem dicendi

sociam scelerum, adversam innocentiae, hostem veritatis invenit 12, 1, 2. illa vero vitiosissima, quae jam humanitas vocatur, studiorum perniciosissima hostis 2, 2, 10.

Huc. velut salientes huc illuc 10, 7, 6. quidquid huc sit adjectum 12, 10, 40. quatenus huc incidimus 9, 2, 81. [huc (*Z. de conj.* huic, *sed recipiendum est ex optt. Codd.* hic) studium plurimum (*Sp. om.*) adhibendum 8, Pr. 16 *N. cr. et S.*] huc igitur incumbat orator 6, 2, 7. [quidquid de honestis *etc.* dicitur, huc (*Sp. conjic. ΙΙΘΟC, quod Z. recepit*) vocari potest 6, 2, 11 *N. cr.*] huc pertinebunt probationes 7, 3, 28. Quod autem posui *etc.* huc pertinet, ut — ipsa ejus verba ponantur 5, 13, 25. huc erumpit ejus affectus, ut *etc.* 9, 2, 64. *v.* Illuc.

Hucusque. simulatio hucusque procedit, ut *etc.* 5, 13, 22.

Hujusmodi. huj. casus 12, 10, 57. *cf.* 5, 14, 32. controversias h. figuratas 9, 2, 88. h. res 2, 21, 18. cum plurima sint h. judicia 7, 2, 18. sed et a mutis atque etiam inanimis interim h. ducitur 5, 11, 23. *N. cr.* duae simul h. personae 11, 1, 69. juris confirmatio h. (*Sp.* ejusmodi) est 5, 10, 87 *Z.*

Humanitas. hum., facilitas, moderatio, benevolentia (*jucundissima in oratore*) 11, 1, 42. commendat (*periclitantem*) h. 6, 1, 22 *v.* Bonitas. quotiens discessit aemulatio, succedit humanitas 11, 1, 16. illa vero vitiosissima, quae jam humanitas vocatur, invicem qualiacunque laudandi, cum est indecora et theatralis, et severe institutis scholis aliena, tum studiorum perniciosissima hostis 2, 2, 10; laudem humanitatis potius quam voluptatem ultionis concupiscat 5, 13, 6. humanitatis communi ductus officio 12, 11, 5. virtutes — probitatis, pietatis, humanitatis, liberalitatis 6, Pr. 10.

Humanus. I) *de natura hominis.* α) humanam formam 7, 3, 5. 12, 10, 8. hum. ingenii 1, 12, 2. 10, 1, 50. 12, 11, 10. — membra 5, 11, 19. — rationi 1, 10, 7. vocis hum. 11, 3, 169. 12, 10, 29. β) *res humanae:* qui deos agere rerum hum. curam negarent 5, 6, 3. pessime mereamur de rebus hum. 12, 1, 1. 12, 11, 28. virum datum rebus hum., qualem nulla antea vetustas cognoverit 12, 1, 25. non esset in rebus humanis eloquentia, si tantum cum singulis loqueremur 1, 2, 31. scientia divinarum humanarumque rerum 12, 2, 8. *cf. ib.* 20. II) *de moribus hominum:* blandum et humanum 6, 2, 13 *v.* Blandus. cui comparata haec viderentur humana atque usitata 8, 4, 20; si non resupini spectantesque tectum *etc.* sed humano quodam modo ad scribendum accesserimus 10, 3, 15 *N.* civilis et humanus ingressus 3, 8, 59 *N.* herous Aristoteli amplior, iambus humanior videatur 9, 4, 88.

Humerus. capite atque humeris simul ad id, quo manus feratur, obsecundantibus 11, 3, 92. cum manus subassentientibus humeris movetur *ib.* 100; supra humeri altitudinem elata manus *ib.* 103. humerorum raro decens allevatio et contractio *ib.* 83; sinus injiciendus humero *ib.* 140; humeris ad occipitium ductis *ib.* 160. *opp.* humeri remissi *ib.* 159. brachii moderata projectio, remissis humeris *ib.* 84. jactantur humeri *ib.* 130. operiri hum. cum toto jugulo non oportet *ib.* 141. sinister hum. proferendus est *ib.* 113. spectante humerum manu *ib.* 94. rejecta in humerum toga *ib.* 131. sinum in dextrum humerum ab imo rejicere *ib.* 146. in sinistrum intra humerum promovetur (*manus*) *ib.* 113. repetito ultra laevum humerum gestu *ib.* 118; hasta humero dependens *ib.* 130. vix loricam duo conuixi humeris ferunt 8, 4, 24. sedens humero toga 11, 3, 161. sinus ab humero recte velut sponte delabitur *ib.* 144.

Humidus. humido die 11, 3, 27. humida vina *poet.* 8, 6, 40 *N.*

Humilis. I) humile candelabrum 6, 3, 99. II) *transl.* *α*) *in dicendo.* a) *c. Nominib.:* ridiculum dictum plerumque falsum est, hoc semper humile — praeterea nunquam honorificum 6, 3, 6. humile genus causarum 4, 1, 40. 41. humile atque cotidianum sermonis genus 11, 1, 6. gestum quendam humilem atque servilem 11, 3, 83. neque enim vulgaris esse, neque humilis, nec insuavis — potest (*translatio*) 8, 6, 5. quaedam et humiles translationes et sordidae *ib.* 14. ne in poëmate quidem humilem generis hujus usum 5, 11, 20. humilibus et vulgaribus verbis 10, 1, 9; humilius verbum 8, 3, 18. humiliora illa vitia 11, 1, 30. b) *simpliciter in dicendo:* et obscena vitabimus et sordida et humilia. Sunt autem humilia infra dignitatem rerum aut ordinis 8, 2, 2. quam multa — humilia, sordida *etc.* (*in orationibus*) 2, 5, 10. si quis sublimia humilibus misceat 8, 3, 60. humile et sine conatu 8, 5, 32. *v.* Conatus. quae humilia circa res magnas, apta circa minores videntur 8, 3, 18. humilia extollere (*stilo*) 10, 4, 1. *β*) *de dignitate.* a) *c. Nominib.:* M. Acilius Palicanus, humili loco 4, 2, 2. humilius genus illustrasse factis 3, 7, 10. tribuno plebis humillimo 11, 1, 12. b) *simpliciter:* honestus, humilis 11, 1, 42 *N.* ut allegemus pro honestis dignitatem, pro humilibus justitiam 4, 1, 16. Nam et potentes sequitur invidia, et humiles abjectosque contemtio 4, 1, 14. *cf.* 5, 7, 23. 12, 7, 6. lasciva humilibus, hilaria omnibus convenient 6, 3, 27. alter humilis, alter difficilis (*poëta*) 10, 1, 87. c) *Comparat.:* invident humiliores, rident superiores 11, 1, 17. humiliori libere adv. se loquenti 6, 3, 83. plurimum refert, invidia reus, an odio, an contemtu laboret, quorum fere pars prima superiores, proxima pares, tertia humiliores premit 12, 8, 14. *cf.* 11, 1, 82. *γ*) *de ingenio et moribus:* (*pueri*) fiunt humiles statim et velut terram spectantes, qui nihil supra cotidianum sermonem attollere audeant 2, 4, 9. Neque nos simus tam humiles, ut, quae laudamus, inutilia credamus 11, 1, 13. alter humilis, alter difficilis (*poëta*) 10, 1, 87.

Humilitas. I) *de dignitate:* dignitas et tuetur reum *etc.* perinde paupertas, humilitas, opes in diversum trahuntur 7, 2, 32. II) *de ingenio ac moribus:* deformitati proximum est humilitatis vitium, ταπείνωσιν vocant 8, 3, 48. si turpitudo, si humilitas — deprehendantur 5, 7, 30. est pars humilitatis, ubique perhorrescere 9, 4, 35. et dejecto (*capite*) humilitas, et supino arrogantia ostenditur 11, 3, 69; si (*eloquentia*) et contemtum ex humilitate, et odium ex quadam servitute — et ex amplitudine fastidium tulerit 5, 14, 30.

Humor. (*elementum*) 3, 3, 13. superfusa humoris copia 1, 2, 28. siccum et sine humore ullo solum 2, 4, 8. nec madescimus nisi humore 6, 2, 28; humor vocem aut nimius impedit, aut consumtus destituit 11, 3, 21. non propter calorem sed propter humorem potius (*vox*) impeditur *ib.* 28. oris humore proximos spargere *ib.* 56 *V.*; *transl.:* quidquid humoris corrupti contraxerit (*declamator*), emittendum 2, 10, 6.

Humus. humo natus 1, 6, 34. humus erat immunda, lutulenta vino *Cic.* 8, 3, 66 *N.*

Hyperbaton. verborum concinna transgressio, id est hyperbaton 9, 3, 91. *cf.* 8, 6, 62. in hyperbato commutatio est ordinis 9, 1, 6. cum decoris gratia trahitur (*Sp.* contrahitur) longius verbum, proprie hyperbati tenet nomen 8, 6, 65 *Z. N. cr.* sine dubio erit omne, quod

non cludet, hyperbaton 9, 4, 26. cui (*παρενθέσει*) adjiciunt hyperbaton, quod inter tropos esse noluerunt (*Graeci*) 9, 3, 23; [nec trajectione tam tardus (*sit sermo*), ut in hyperbaton finis ejus differatur (*Z. proxime a Codd. conjic.* nec tr. ultra modum hyperbati f. *etc.*) 8, 2, 14.] longis autem hyperbatis et confusis, quae vitia accidunt, suo loco diximus (*sic Z. ex Amb.* 1; *Sp. multa turbans partim haec edidit:* multi narrationem longis mutant hyperbatis) 8, 6, 67 *S.* neque longioribus, quam oportet, hyperbatis compositioni serviamus 9, 4, 144.

Hyperbole. hyperbolen audacioris ornatus summo loco posui 8, 6, 67. omnis hyperbole ultra fidem, non tamen ultra modum esse debet *ib.* 73. mentiri hyperbolen, non tamen ut mendacio fallere velit *ib.* 74. crescit interdum hyp., alia insuper addita *ib.* 70. Scio posse videri quibusd. speciem amplificationis hyperbolen quoque 8, 4, 29.

Hypocrites. Aeschinen, hypocriten, oratorem fuisse 2, 17, 12. Demosthenes diligenter ap. Andronicum, hypocriten, studuit 11, 3, 7.

I.

I. angustior litera est 9, 4, 33. est medius quidam U et I literae sonus, et in Here neque E plane neque I auditur 1, 4, 8. *v.* E. Etiam optimus, maximus, ut mediam I literam, quae veteribus U fuerat acciperent, C. primum Caesaris inscriptione traditur factum 1, 7, 21. I tam longae quam brevis naturam habet *ib.* 16 *N.* litera I sibi insidit 1, 4, 11 *N.*; sicut in Graecis accidit adjectione i literae, quam non solum dativis casibus in parte ultima ascribunt, sed quibusdam etiam interponunt, ut in *ΛΗΙΣΤΗΙ* 1, 7, 17.

Iambus. I) *pes metricus:* est ex brevi et longa 9, 4, 48. 80. *ῥυθμὸς* — duplex, ut iambus (nam est ex brevi et longa) *ib.* 47. — frequentiorem quasi pulsum habent — et a brevibus in longas nituntur et crescunt *ib.* 136. anapaestus et creticus, iambus quoque, qui est in utroque, sed illis minor *ib.* 99. aspera et maledica etiam in carmine iambis grassantur *ib.* 141. *cf.* 136. affectamus tumorem, qui spondeis atq. iambis maxime continetur *ib.* 140 *N.* iambus Aristoteli humanior videatur *ib.* 88. ne faciat iambum (*volucres*), quem non recipit versus herous 1, 5, 28. II) *versificandi genus:* scriptores iamborum 10, 1, 9. 59. iambus non sane a Romanis celebratus est ut proprium opus; quibusdam interpositus *ib.* 96.

Ibi. *α*) *in hac re:* Id mutuum est, et ibi declamationis fortuna 2, 2, 12. non poterat ibi esse quaestio 7, 1, 5. ibi alienam culpam incusare, ubi fateris tuam 11, 1, 81. *v.* Ubi. *β*) *i. q. ex tempore:* ibi atque e re natum 4, 1, 54. illa non domo attulisse, sed ibi protinus sumsisse 11, 2, 46. unum paratum afferre possumus, — alterum ibi sumere 12, 9, 19. *γ*) Et ibi (*i. q. ibidem*) 5, 10, 93.

Ibidem. ibidem statim (*in citando*) 9, 3, 45; *i. q. ex tempore:* cum ibid. invenire fingimus 9, 2, 60 *N. cr.* ego ibid. has inter coenam exaravi *Cic.* 9, 3, 58.

Iccirco. (*a. l.* idcirco) 5, 9, 6 *N. cr.* *α*) *anteced. si:* Nec si pugnent inter se, — iccirco ars non erit 2, 17, 33. Non enim, si Cicero recte sentinam reip. dixit — icc. probem illud quoque veteris oratoris 8, 6, 15. *cf.* 5, 14, 4. *β*) *seq. quod aut quia:* neque enim, quia movetur, qui ingreditur, icc. qui movetur ingreditur 5, 9, 6; hoc

non icc. dico, quod inutilem horum locorum cognitionem putem 5, 10, 119. quod ego non icc. potissimum in hac parte tractare sum aggressus, quia non — putem 2, 2, 2. γ) *seq. ut:* cum prooemium icc. comparatum sit, ut judex — fiat conciliatior 4, 2, 24. icc. petere, ut etc. 5, 11, 8. Quod si icc. fieret, ut 8, Pr. 27. non icc. discentibus tradunt, ut 12, 2, 12.

Invenio. I) *de rebus, quae extant:* α) *forte:* Et illos quidem non invenit 11, 2, 12. mortuus est inventus 7, 2, 48. inventum eum in solitudine 4, 2, 13. spiculum tuum in corpore occisi inventum est 5, 12, 2. Qui nocte cum ferro deprehensus fuerit, alligetur. Cum annulo ferreo inventum magistratus alligavit 7, 6, 8. et inventi forte et in libros digesti (*commentarii*) 10, 7, 30; invenio hoc apud Ciceronem 2, 21, 14. *cf.* 8, 2, 18. 11, 2, 9. 12, 10, 48. mehe pro me apud antiquos in veteribus libris invenimus 1, 5, 21. invenitur ap. poetas quoque (*gradatio*) 9, 3, 57. cum Parrhasio sermo Socratis ap. Xenophontem invenitur 12, 10, 4. ceris Platonis inventa sunt quattuor illa verba, quibus — significat 8, 6, 64. veterum comicorum adhuc libris invenio 1, 7, 22. has aut accepi species, aut inveni frequentissimas 6, 3, 101. *cf.* 3, 6, 62. quod non ratione scrutabimur, non poterimus invenire nisi casu 5, 10, 22. β) *ratione aut opera adhibita:* quod legentes non invenimus 11, 3, 8. inter medios rerum actus aliquid invenit vacui 10, 6, 1. praeceptor adjuvare debet, quae in quoque eorum invenit bona 10, 2, 20. nos tirones in foro inveniunt 2, 10, 9. inveniunt in omnibus his locis figuras 9, 1, 24. quomodo Metrodorus in XII signis, per quae sol meat, trecenos et sexagenos invenerit locos 11, 2, 22. cetera deinde relegentes inveniunt, ubi posuerint (*a. l.* posuerunt) *ib.* 23. invenire in actione adversarii, quae inter se pugnent 5, 13, 30. in libris observationum affuisse Ciceronem tali causae invenio 4, 1, 19. multis millibus versuum esse quaesitum, quomodo inveniremus, utra pars deberet prior dicere 7, 1, 37. prima positio ex obliquis invenitur 1, 6, 10; acumine suo delectantur (*auditores*), et gaudent, non quasi audiverint, sed quasi invenerint 8, 2, 21. *cf.* 9, 2, 71. inventiunculis gaudent, quae excussae risum habent, inventae facie ingenii blandiuntur 8, 5, 22; an Alexander terras ultra Oceanum sit inventurus 3, 8, 16. damnanda sunt, quae placuerant, et invenienda, quae fugerant 10, 4, 2. aliud latens et auditori quasi inveniendum 9, 2, 65. *cf.* 10, 3, 16. 12, 8, 10. γ) *de rebus frequenter occurrentibus:* a) Latine ad verbum translatum non invenio 7, 4, 4. Tullium, cum fur esset, Tollium *etc.* dictos invenio 6, 3, 53. plures invenias in ea opinione 5, 10, 2. vehementi remissius atque vehementius invenitur 12, 10, 67. quo nihil inveniri possit significantius. 8, 2, 9. b) *seq.* *Pron. relat.:* invenio, qui aggregent his 9, 2, 107. nec quod desit in eo, nec quod redundet, invenias 10, 1, 76. plures invenias, qui fateantur 1, 10, 37. *cf.* 8, 1, 2. raro inveneris judicialem causam, in cujus non parte aliquid eorum reperiatur 3, 4, 16. *v.* Reperio. invenisse eos, qui quaesierunt 10, 2, 5. inveni, qui et hoc πλοκὴν vocaret 9, 3, 49. *cf.* 9, 2, 44. inveni, qui Calvum praeferrent omnibus, inveni, qui Ciceroni crederent 10, 1, 115. facilius, quod (*a. l.* quid) rejici, quam quod (*a. l.* quid) adjici possit, invenient 6, 3, 5. *cf.* 12, 10, 46; ac vix, quid adjici potuerit, invenio, fortasse inventurus, quod adhuc abscisurum putem fuisse 12, 1, 20; invenian-

tur, qui — contendant 1, 5, 66. nec invenietur ex his ulla (*species*), in qua non laudare debeamus *etc.* 3, 4, 15. quotus enim quisque inveniri tam demens potest, qui — speraverit 10, 1, 41. *cf.* 7, 1, 38. cum in his nemo sit inventus, in quo nihil desideretur 10, 2, 9.

II) *de novis rebus:* α) quae priores invenerunt, nobis sunt requirenda 5, 10, 121. illis haec invenienda fuerunt, nobis cognoscenda 12, 11, 22. haec non tam inventa quam, cum fierent, observata esse 8, Pr. 12. si non inveniendi nova, at certe judicandi de veteribus laborem Pr. 2. *cf.* 2, 5, 3. plura sunt, quae inveniri possunt, quam quae inventa sunt 10, 6, 7; nulla sit ars, qualis inventa est 10, 2, 8. a se inventam (*legem*) 9, 2, 54. paeona inventum a Thrasymacho, probatum ab Aristotele 9, 4, 87. contra quam (*obscuritatem*) inventa partitio est 4, 5, 25. primas sibi positiones invenire 1, 6, 22. luminum umbrarumque invenisse rationem 12, 10, 4. remedium inveniet 12, 8, 8. β) *in arte oratoria:* a) invenire primum fuit, estque praecipuum 10, 2, 1. ut inveniant ipsi, et intelligant (*oratores futuri*) 2, 5, 13. quia primum esset invenire, deinde judicare 3, 3, 5. *cf.* 7, Pr. 4. dum inveniunt, et dum inventa ponderant 8, Pr. 27. quo quaeque in ea (*materia*) modo invenienda ac tractanda sint, exequar 3, 1, 1. hoc inveniendum, ut adhiberi possit argumentum 5, 10, 115. audeat haec aetas (*i. e. juventus*), et plura inveniat, et inventis gaudeat 2, 4, 6. ibidem invenire 9, 2, 60 *V.* ut haec (*favorabilia*) invenire et augere, ita, quod laedit, aut omnino repellere aut certe minuere, in causa est 4, 1, 27. ea, quae bene inventa sunt, utile sequi 10, 2, 1. Sed esto, neque melius, quod invenimus, esse, neque par: est certe proximus locus 10, 5, 6. b) neque contraria, communia, stulta invenisse dicitur quisquam, sed non vitasse 3, 3, 5. cum eodem modo credibilia, quo persuasibilia, etiam non orator, inveniat 2, 15, 17. *cf. ib.* 13. aliquid grande inveniat, qui semper quaerit, quod nimium est 2, 12, 5. quid hi possint in causis proprium invenire 2, 4, 28. ut argumenta inveniremus 5, 10, 120. *cf.* 5, 12, 8, materiae non inveniret exordium 10, 3, 14. ut quaestionem, continens, judicationem inveniamus 3, 11, 26. res invenire et disponere 10, 1, 4. c) *Gerund.:* difficultatem inveniendi 11, 3, 52. inven. copia 10, 1, 69. ut qui sibi et inv. et judicandi vindicent partes, quarum alteram τοπικὴν, alteram κριτικὴν vocant 5, 14, 28. rationem inveniendi 10, 5, 19. *v.* Dispono. Eloquor. bene inveniendi et bene enuntiandi scientia 7, 3, 12. recte inv. scientia (*rhetorice*) 5, 10, 54; acutior atq. habilior ad inveniendum 6, 3, 12.

III) *Partic.* α) pleraque non inventa per me, sed ab aliis tradita continebit (*liber*) 3, 1, 5. ex omnibus novissime inventa (*ratio declamandi*) 2, 10, 1. inventas (*Sp.* inventa) ab inventore et subjectas res (*Sp.* subjecta) ab obtinentibus significat 8, 6, 23 *Z.* β) *in arte dicendi:* inventa subito nec domo allata 4, 5, 4. non enim tantum inventa tenere, ut disponamus 3, 3, 10. inventa dimetiuntur 8, Pr. 27. inventum praecipue probet 5, 12, 22. adhibetur judicium inventis, dispositio probatis 10, 4, 5. inventis vim afferimus 8, Pr. 21. *cf.* 2, 4, 6. his inventis, intuendum deinceps *etc.* 3, 11, 1. *v.* II, α.

Inventio. α) *Nominat.:* inventio (*pars rhetorices*) 3, 9, 2. *v.* Elocutio. ingenium, inv., vis (*a. l.* inventiones) facilitas (*maxima in oratore*) 10, 2, 12. inv. judicium habet 12, 10, 79. *v.* Iudicium. inv. cum imperitis saepe communis 8, 3, 2. multa in Asinio Pollione inv. 10, 1, 113. inventio rerum, electio verborum 1

12, 4. *cf.* 12, 1, 30. β) *Genit.:* refrigerato inventionis amore Ep. ad Tryph. 2. dicendi, praeparandi, probandi rationem, quae sunt inventionis 10, 1, 106. cognitionis sunt, non inventionis (*quae scripta sunt*) 12, 3, 7. eloquendi suavitate, an inventionum acumine 10, 1, 83. tanquam inventionis copia urgeantur 11, 3, 56. inv. ratione 12, 5, 1 *N.* vim dicendi atq. inventionis 10, 2, 16. γ) *Dat.:* Cicero inventionem ac dispositionem prudentis hominis putat, eloquentiam oratoris 8, Pr. 14. *v.* Dispositio. consilium est ratio habens in se et inventionem et judicationem 6, 5, 3. δ) *Ablat.:* in inventione facilis (*Iſocrates*) 10, 1, 79. quo minus adjuvat sermo, rerum inventione pugnandum est 12, 10, 36. optimi sensus — interim memoriae suae intentos ab alia inventione declinant 10, 3, 33.

Inventiuncula. minimis inventiunculis 8, 5, 22.

Inventor. artes inventoribus afferunt laudem 3, 7, 18. inventas (*res*) ab inventore significat 8, 6, 23 *Z.*

Inventrix. ars inv. 2, 15, 21.

Inventum. ut nos illorum utamur inventis Pr. 17. plurium inventa 3, 1, 22. vim cujusque (*dei*) et inventa 3, 7, 7. inventa artium — literarum — medicinae — frugum — vini *ib.* 8.

Invenuste. non inv. dici 1, 6, 27.

Inverecunde. filiis pater in judicio abdicationis *etc.* non inv. dicet, multum sua interfuisse 7, 4, 10.

Inverecundus. — frons 2, 4, 16.

Inversio. inversionis vitium ἀναστροφὴν vocant 1, 5, 40. ἀλληγορία, quam inversionem interpretantur 8, 6, 44.

Inversus. quae (*litera*) inversa 1, 7, 28. haec inversa consuetudo 3, 9, 9.

Investigo. investigata per me 9, 3, 49 *v.* Comperio.

Inveteratus. inveteratam infamiam *Cic.* 6, 5, 9 *N.*

Invicem. inv. consequens et quod ex diversis idem ostendit 5, 10, 79. petitiones inv. diversae 3, 10, 4. res quasi inv. ignotae 7, 10, 17. argumentorum inv. probantium 5, 10, 71. aut alteri aut inv. utrique de jure fit contentio 7, 7, 9. verba, quae inv. complectantur 7, 10, 17. plurimum inv. differunt (*ars et artifex*) 12, 10, 1. inclinationes vocis, quas inv. Demosthenes atque Aeschines exprobrant 11, 3, 168. inv. manibus apprehensis 9, 4, 129. cum illa rotunda insistere inv. nequeant 8, 5, 27. utraque res inv. juvabit 4, 5, 21. inv. qualiacunque laudandi 2, 2, 10. quod duo inv. objiciunt 7, 2, 18. densitas obstat inv. 8, 5, 26. *cf.* 4, 5, 13. haec lumina inv. offecerint 12, 10, 46. O atq. U permutatae inv. 1, 4, 16. inv. petitur manus injectio 7, 7, 5. positis inv. quaestiunculis 1, 3, 11. nescio an utrumque inv. prosit 10, 7, 29. haec inv. pugnare 5, 13, 33. nihil inv. praestent 12, 7, 10. collatione inv. respondente 8, 3, 77. et haec inv. 8, 6, 13; tam contumeliosos in se ridet inv. eloquentia 10, 7, 21.

Invictus. luctando pugnandoque invictum 2, 8, 14; invictam ostenderet continentiam 8, 4, 23.

Invideo. invident humiliores, nam hoc vitium est eorum, qui nec cedere volunt, nec possunt contendere 11, 1, 17. qui invidebant, qui aemulabantur, adulatores etiam 12, 10, 13. hac re invidere, non ut omnes veteres, et Cicero praecipue, hanc rem 9, 3, 1 *N.*

Invidia. duplicem intelligi invidiam, namque altera invidum, altera invidiosum facit 6, 2, 21 *N.* I) *sensu activo:* pessimi affectus, in quibus sunt ira, odium, invidia *etc.* 5, 10, 34. *cf.* 12, 1, 6. indignatio, miseratio, invidia, convîcium *etc.* (*egressiones*) 4, 3, 15. plus invidiam quam convicium posse; nam invidia adversarios, convicium nos invisos facit 6, 2, 16. esse nescio quam invidiam, ne ultra nostra provehantur 6, Pr. 10 *N.* ad posteros virtus durabit, non perveniet invidia 3, 1, 21. et potentes sequitur invidia, et humiles contemtio 4, 1, 14; quod fit vel invidiae gratia vel miserationis 4, 2, 128. *cf.* 9, 2, 8. objecerim invidiae *Cic.* 9, 3, 45. Cicero — respondebat invidiae: cui tamen non fuit par 11, 1, 18; et joco, et invidia, et invocatione intendere crimen 9, 3, 104. invidia premere maluit 6, 1, 4. ubi atrocitate, invidia, miseratione pugnandum est 9, 3, 102. duplex est miseratio, altera cum invidia, — altera cum deprecatione demissior 11, 3, 171. II) *passivo:* criminum inv. pro reo est, priusquam probabitur 4, 3, 6 *Z. N. cf.* 5, 13, 3. 6, 3, 10. gravi morum dignus invidia 12, 1, 15 *N.* si qua est rei inv. 11, 1, 90; elevandae invidiae gratia 5, 13, 40. invidiam gratia facit 6, 1, 14. *cf.* 4, 2, 69. 9, 2, 85. paulum in invidia facienda lentior 11, 3, 63. aut nostram minuemus invidiam, aut etiam in diversum eam transferemus 11, 1, 64. invidiam sibi quaeri ab adversario 5, 6, 5. *cf.* 6, 1, 17. inv. omnem in eum regeret 11, 1, 22. magna responsi inv. subeunda est 12, 1, 14 *N.* res quasque in summam ipsi extulimus inv. 8, 4, 19 ad commendationem et invidiam valet 5, 10, 41. insidiarum invidiam in Clodium vertit 6, 5, 10. idque ipsum accusator in invidiam vocaret 6, 3, 60. cum invidia caedentis clamavit 4, 2, 13; invidia reus, an odio, an contemtu laboret 12, 8, 14. *v.* Laboro. hac invidia opprimi 7, 2, 30.

Invidiose. atrocia inv. tristia miserabiliter dicere 4, 2, 120 *N.*

Invidiosus. *qui odium excitat:* (*invidia*) altera invidum, altera invidiosum facit 6, 2, 21; quid invidiosum, favorabile, invisum, miserabile sit 6, 1, 11. *cf.* 11, 1, 42. invid. implorationem 9, 2, 38. rebus indignis, asperis, invidiosis 6, 2, 24. *cf.* 6, 5, 9. fecit nomen parentis filio invidiosum 11, 1, 63. Tum invidiosiora 11, 3, 50.

Invidus. *v.* Invidiosus.

Invisus. si contra invisum *etc.* suscepta causa est 6, 1, 12. hominum nobis invisorum 11, 1, 73; in iisdem (*juvenibus*) siccum *etc.* dicendi propositum plerumque affectatione ipsa severitatis invisum est 11, 1, 32. *v.* Invidiosus. artem superbo nomine *etc.* invisam 12, 2, 9. cui faciem illam invisam atq. abominandam esse oportebat 8, 4, 22. res mihi invisae visae sunt *Cic.* 9, 4, 41 *N.*; convicium nos invisos facit 6, 2, 16 *v.* Invidia. *cf. ib.* 14. 5, 13, 38. damnare eum et invisum quoque habere 10, 1, 125.

Invito. ad coenam invitavit 7, 3, 33.

Invitus. ne inviti judices audiant 4, 5, 19. *cf.* 11, 1, 27. invitus dico 12, 5, 2. *cf.* 11, 1, 66. inv. perdit verbum 11, 2, 49. inviti recedunt 12, 9, 17; (*risus*) erumpit etiam invitis (*conjec. Reg.; Codd.* invitus) saepe 6, 3, 9 *S.* invitis, quod prosit, extorqueat 5, 7, 27. nihil facile invitis persuadetur 4, 3, 10. irrumpent etiam ad invitos (*quidam pedes*) 9, 4, 89; invito domino 7, 3, 27.

Invocatio. deor. inv. 6, 1, 33. cum idem (*Cic.*) in eundem (*Verr.*)

per inv. deorum spoliata a praetore templa dinumeret *ib.* 3. sive in invocationem aliquam, sive ad invidiosam implorationem convertimur 9, 2, 38. invocatione Dearum 10, 1, 48. invocatione protendimus (*manus*) 11, 3, 115. invocatione intendere crimen 9, 2, 104.

Invoco. ut Musas invocarent 4, Pr. 4. omnes in auxilium deos invocem *ib.* 5; blandius ad aurem invocabat (*contubernalis*) *Coel.* 4, 2, 124.

Involvo. laevam involvere toga 11, 3, 146; sunt neque obscura, neque ad percipiendum difficilia, quae scriptores diversis opinionibus pertinaciter tuendis involverunt 8, Pr. 4.

Ipse. I) α) *simpliciter:* cum quibus ipse consentio 3, 5, 3. *cf.* Ep. ad Tryph. 1. quod elegerit ipse 7, 9, 11. *cf.* 11, 1, 84. nec hoc oratori contingere inter discipulos, quod Pythagorae inter discipulos, potest, Ipse dixit. 11, 1, 27. (*πλεονασμὸς*) Vidi oculos ante ipse meos. In illo enim vidi inest ipse 9, 3, 46. nec cuiquam sunt injucunda, quae cantant ipsi 11, 3, 60. quando etiam ipsos loqui, quando advocati voce uti deceat, quartus liber — continet 11, 1, 59. cujus naturam non ipsius vitio duriorem *ib.* 70. ne signatorum, ne ipsius (*Sp.* sign. ab ipsis) discrimen objiciatur sibi 6, 1, 20. quaedam etiamsi ipsa sunt dura 4, 5, 16. qui haec non species allegoriae, sed ipsa tropos dicant 8, 6, 58. *cf.* 7, 2, 55. β) *c. Nominibus:* affectatione ipsa severitatis 11, 1, 32. ut amari sales, ita frequenter amaritudo ipsa ridicula est 10, 1, 117. Hae porro actiones constant comparatione: ipsa comparatio *etc.* 7, 2, 22. crimina ipsa atrocitate defendi 7, 2, 31. manus ipsa consuetudine fertur 5, 10, 125. ipsis ejus utar exemplis 8, 6, 15. nec solum specie sed ipso genere 12, 10, 1. in ipsis statim elementis 1, 1, 24. habitus ipse formosior 9, 4, 8. *cf.* 11, 1, 29. sed ipsa (*memoria*) excolendo augetur 11, 2, 1. aut ex causa datum est (*nomen*), aut et ipsum alicujus cogitationis attulit causam 5, 10, 30. libidinem juvet ipsum effeminati sexus mendacium 5, 12, 19. ipsā rei naturā 9, 1, 1. 9, 4, 70. naturae ipsi ars inerit 9, 4, 120. nomen ipsum accusatoris horrebit 12, 7, 1. ipsa probatione magis emineant (*affectus*) 11, 1, 56. vel ipso proposito 12, 11, 24. infinitam faciet ipsa res dicendi tarditatem 5, 10, 123 *N.* cum ipsis protinus rebus 10, 1, 6. ipsam fori sanctitatem solvere 11, 3, 58. ipsa securitate dimittimus ea, quae scribimus 11, 2, 9. accommodandam sententiis ipsis pronuntiationem 11, 3, 174. sermo ipse, qui facile judicem doceat, optandus 12, 10, 56. accentus similitudine ipsa minus suaves *ib.* 33 ipsis statim sonis durior (*facundia*) *ib.* 27. sudor ipse et fatigatio 11, 3, 147. inter ipsa verberum supplicia 11, 1, 40. saepe plurimum lucis affert ipsa translatio 5, 14, 34. ipsam utilitatem vincet, quod decet 11, 1, 9. illis vis mentis et veritas ipsa morum inest 6, 2, 26. ipsa ejus verba 5, 13, 25. etiamsi forma repudiata est, vis tamen nos ipsa persequitur 12, 10, 29.

II) *c. Pronominib.:* α) in hac ipsa cura est aliquid satis 8, Pr. 31. haec ipsa discriminis sui ignorantia 6, 1, 47. *cf.* 1, 12, 19. Et haec ipsa *S* litera, ab his nominibus exclusa, in quibusd. ipsa alteri successit 1, 4, 14 *N.* ut paene jam hoc ipsum nomen effugerint 9, 3, 4. hic ipse honestus ornatus 8, 3, 11. hae ipsae partes habent rursus ordinem suum 7, 10, 5 hujus ipsius particulae aliquod initium fecerit 7, 10, 6. his ipsis verbis 8, 3, 6; et haec ipsa varientur necesse est 5, 10, 107. quae in hoc ipsum petuntur 9, 4, 28. ipsum hoc inter tropos receptum est *ib.* 26. hoc ipsum — nocet 10, 2, 3. jucundior hoc ipso, quod facilior, imitatio est 1, 2, 26. *v.* Hic. hoc est vel ipso (*a. l.* v. h. e. i.) probabilis, quod 10, 1, 75. vel hoc ipso cognoscimus,

quod *etc.* 10, 5, 8. *v.* Vel. *β*) ipsa illa ἀφέλεια 8, 3, 87. *cf.* 6, 1, 45. ipsam illam gratiam varietatis amittet 9, 3, 4. *cf.* 10, 5, 16. haec minora sunt ipso illo vitio animi, quod *etc.* 12, 9, 9. ut ipsum illud, Silent leges inter arma 5, 14, 17. *cf.* 6, 1, 52. 8, 6, 68. cum ipsis illis diversas inter se tueri opiniones concessum sit 12, 3, 8. *v.* Ille. pro regina Berenice apud ipsam eam (*Sp. om.*) causam dixi 4, 1, 19. *Z. γ*) quanquam et ii ipsi inter se dissimiles fuerunt 9, 4, 17. eorum ipsorum, a quibus laeduntur 6, 2, 14. id ipsum vitium 2, 4, 9. etiamsi frequenter et id ipsum nomen complecti solent 9, 1, 6; id ipsum tamen anguste Zoilus terminavit 9, 1, 14. *cf.* 7, 2, 40. ipsum id, quod vitabat 8, 2, 3. id ips. um adhuc dividitur 7, 1, 62. cum id ipsum omne sit oratoris, quod vulgo genus dicendi vocant 12, 10, 69. qui id ips., quid abstinentia sit, ignoret 12, 2, 3. id ips. in consilio habendum est, non semper tam esse acrem judicis intentionem 8, 2, 23. id ips., quod cedimus 6, 2, 16. *cf.* 6, 3, 26. 8, 2, 21. non eo ipso concitemur, quod - scimus 10, 2, 5. *δ*) quod ipsum ita fieri oportet 7, 1, 19. *cf.* 5, 11, 10. 10, 1, 68. 10, 6, 2. quod ips. compositio est 9, 4, 17. illa quae ipsa (*a. l.* ips. q.) delectant 10, 3, 23. quae ipsae quanto majores ac pulchriores viderentur 12, 2, 9. qui tamen ipse non in omni editione reperitur 5, 11, 40. *cf.* 1, 5, 63. quod tamen non ipsum tam probabile puto 10, 7, 19. *ε*) a) quam mihi ipse persuaserim 3, 6, 65. judex se ipse componit 11, 3, 157. *cf.* 1, 2, 10. 5, 10, 104. 7, 2, 24. qui pro se ipse dicat 11, 1, 49. gratia, quam in se ipse maxime jactat 12, 10, 6. obscuritatem apud se ipse discutiat 8, 2, 23. id Cic. sua ipse persona praecipit 10, 5, 2. pes sibi ipse (*a. l.* ipsi) jungitur 9, 4, 103. sibi ipsa fatigatio obstabat 11, 2, 43. *cf.* 10, 3, 30. ipsi nosmet rogamus 9, 2, 11. nobis ipsi fingimus contradictionem 7, 3, 20; bonas causas satis per se tuetur veritas ipsa 12, 1, 33. *cf.* 8, Pr. 12. factum ipsum per se 7, 4, 9. *cf.* 8, 3, 83. quae (*defensio*), si neque per se ipsa (*Sp.* ipsam), nec adhibitis auxiliis dabitur 7, 4, 13. *Z.* b) sibi ipsi responsio 9, 3, 90. *cf.* 12, 1, 10. auxilia, quae nobis ipsis paranda sunt 10, 3, 1. interrogandi se ipsum, et respondendi sibi 9, 2, 14. nosmet ipsos alloquimur 11, 3, 124; litem habet (*lex*) aut propter se ipsam, aut propter alteram 7, 5, 5. cum de se ipso loquatur 11, 4, 89. quidquid ex se ipso movetur *Cic.* 5, 14, 10. argumentum ex se ipso petit 11, 1, 28 *cf.* 10, 1, 109. cum in gravissimas frequenter legum poenas a semet ipsis induantur 12, 1, 3. quae contra (*Sp.* inter) semet ipsa pugnent 5, 13, 30 *Z.* quasi dicat intra se ipsum 10, 7, 25. quae intra nosmet ipsos composuimus 11, 3, 2. cum ipsis illis diversas inter se opiniones tueri concessum sit 12, 3, 8 *N.*

III) c. *Conjunctione. α*) si — ipse quoque historiae *etc.* lectione discipulos instruxerit 2, 5, 1. contraria est neganti confessionis simulatio, sed ipsa quoque multum habet urbanitatis 6, 3, 81. *cf.* 9, 3, 55. 12, 1, 17; cum Horatio vero etiam Homerus ipse videatur (*dormitare*) 10, 1, 24. exempla potentiora etiam ipsis, quae traduntur, artibus *ib.* 15. verborum atque ipsius etiam soni rusticitate 11, 3, 10. *cf.* 6, 1, 38. 6, 2, 19. 8, Pr. 15. 9, 4, 27. 43. 138. 11, 1, 22. *β*) *et ipse:* illa linearis ratio et ipsa quidem cadit frequenter in causas 1, 10, 36. Verum et ipse rex, decenni bello exhaustus — et audit haec *etc.* 8, 4, 21. quae et ipsa duplicantur 6, 1, 23. *cf.* 5, 10, 74; interim mutato nomine ἐπανάληψις dicitur, atque est et ipsum inter schemata 8, 3, 51 *N.* facultas dicendi, si in malos incidit, et ipsa

judicanda est malum 12, 1, 32. absonam et ipsam *S* subjiciendo 12, 10, 32. Sed et (*Sp. om.*) ipsam causam quidam similiter finierunt 3, 5, 18 *Z.* ubi id, quod, quo referatur, dubium est, et ipsum est ambiguum 7, 9, 12 *N.* quod et ipsum *διαλλαγὴν* vocant 9, 3, 49. qui et ipse a nobis auditus est 10, 1, 102. *cf.* 2, 3, 4. 5, 10, 30. 6, 3, 44. 8, 2, 23 *Z.* 9, 2, 30. 54. 9, 4, 38. 110. 137. 11, 2, 9. 11, 3, 4. 12, 10, 45. 58.

Ira. *α*) (*inter pessimos affectus*) 5, 10, 34. — temporarius animi motus *ib.* 28. furori similis 7, 4, 31. in causis haec maxime spectantur, ira, odium *etc.* 7, 2, 35. haec pars (*tragoedia*) circa iram, odium *etc.* fere tota versatur 6, 2, 20. ut ira nonnunquam indoctis quoque eloquentiam faciat *ib.* 26. animalium ira *etc.* et oculis et quibusdam aliis corporis signis deprehenditur 11, 3, 66. ira contractis (*superciliis*) ostenditur *ib.* 79. ira praeceps 9, 3, 48. 8, 6, 27. qua concitatione consurgat ira, qui flexus deceat miserationem 1, 11, 12. *v.* Concitatio. *β*) *Genit.:* irae et indignationis aliquando etiam ridicula fuerit imitatio 6, 2, 26. perducendus ad irae pudorem 11, 1, 76. irae plenus 4, 2, 75. *γ*) *Accus.:* ut iram, lacrimas, solicitudinem afferat (*pronuntiatio*) 11, 3, 5. *cf.* 9, 2, 54. concitanda et lenienda frequenter est ira 3, 8, 12. iram offensio judici facit, — quae (*Sp.* qui) non ex facto modo dictove aliquo, sed vultu, habitu, aspectu moveri solet 6, 1, 14 *Z.* hic iram, hic misericordiam inspirabit 12, 10, 62. odium iramque frangat (*risus*) 6, 3, 9. qui in iram concitat se (*i. e. judicem*) 6, 2, 27 *N.* *δ*) *Ablat.:* [apud judicem vero aut ira aut propter aliquod commodum a causa — alienum (*Sp.* v. quod aut propter alienum comm. in c. — aut suum) 11, 1, 75 *N. cr. et S.*] ira concitati 6, 3, 46 *N. cr.* [a veritate depelli misericordia vel ira 5, Pr. 1. *N. cr. v.* Gratia.] ira incensum 8, 6, 7. ira percitos 6, 4, 9. ira vel luctu permovere 2, 10, 8. si percussus sit — non errore nec ira, vel etiam si forte ira, sed iniqua 6, 1, 17; atrox in ira et aspera *etc.* (*vox*) 11, 3, 63. compressam manum in poenitentia vel ira (*a. l.* in signum poenitentiae vel irae) pectori admovemus *ib.* 104. procul ab ira, procul ab odio 6, 2, 14.

Iracunde. — dicta aut facta 6, 3, 7.

Iracundia. *fig. ap. Cic.* 9, 1, 31. effrenatiore iracundia 9, 2, 3. iracundia *etc.* afferunt frequenter fidem aut detrahunt 5, 10, 27. vitio iracundiae careat, nullus enim rationi magis obstat affectus *opp.* moderatio ac patientia 6, 4, 10. omnis quae erat conceptae mentis intentio mora et interdum iracundia excutitur 10, 3, 20.

Iracundus. minime irac. (*sit praeceptor*) 2, 2, 5. irac. concitari potest 5, 7, 26. proprium est — iracundi verbis [excandescere] 5, 10, 64 *N. cr.* irac. actio omnibus indecora 11, 1, 29.

Irascor. *α*) emendati non irascentur (*pueri*) 2, 9, 2. irascuntur admonitioni 2, 6, 3. habes, quod faucibus tuis irascaris. *Declamator quidam.* 8, 5, 23; et irasci nos et gaudere fingimus 9, 2, 26. propter eum dolere et irasci 9, 4, 143. *v.* Doleo. Faveo. irasci *etc.* non sunt fig. 9, 1, 23. *v.* Compono II, *α*. quo dicto flendum et irascendum esset 6, 2, 3. irascetur, si nihil ipse, qui in iram concitat se, simile patietur? 6, 2, 27 *N.* *β*) *Partic.:* dabunt mihi aliquam in irascente *etc.* figuram, sed non ideo irasci *etc.* figura erit 9, 1, 25. *v.* Deprecor veri affectus naturaliter erumpunt, ut irascentium *etc.* 11, 3, 61. plures subire personas — irascentium *etc.* 10, 1, 71; vel iratum vel impulsum ab aliis 11, 1, 71.

Ircus. ircos dicebant (*veteres*) 1, 5, 20.

Ironia. in eo genere, quo contraria ostenduntur, ironia est; illusionem vocant 8, 6, 54. Quid ironia? nonne etiam, quae severissime fit (*a. l.* quae sit verissima), joci prope genus est 6, 3, 68. cum ir. tam inter figuras sententiae quam inter tropos reperiatur 9, 1, 3. 7 *etc.* ir. quoque (*in tertio figurae genere*) frequentissima 9, 2, 97; in duobus demum verbis est ir. *ib.* 45. divina illa — ir. 4, 1, 70. *cf. ib.* 39; cum etiam vita universa ironiam habere videatur 9, 2, 46. quae figura per ironiam ad elevandum convertitur 9, 3, 29. Est et illa ex ironia fictio 6, 3, 91.

Irrationalis. genus est animal, species mortale, differentia irrationale (*a. l.* irrationabile) 7, 3, 3. *cf.* 8, 6, 13. animal rationale, irrationale 7, 3, 24. muta atque irrationalia vocantur (*animalia*) 2, 16, 16 *N.* usus quidam irrat., quem Graeci ἄλογον τριβὴν vocant 10, 7, 11. (*in utroq. loco Codd., praeter Turic. in priore l., omnes* irrationabilis).

Irrepo. in animos judicum irrepit 9, 1, 19.

Irrideo. eadem verba mutata pronuntiatione irrident *etc.* 11, 3, 176; testem irridet 1, 4, 14. quam (*nutationem*) in Curione patre irrisit 11, 3, 129. praeceptum brevitatis irridens 4, 2, 32. hanc (*diversam propositionem*) aliquando irridentes, aliquando imitantes pronuntiamus 11, 3, 163. irridens hanc vanitatem 8, 2, 2. *v.* Illudo.

Irritus. — labor 12, 1, 13.

Irrogo. mitior solet poena irrogari verecundiae 6, 4, 16. cui (*labori*) non plus irrogandum est, quam quod somno supererit 10, 3, 26.

Irrumpo. irrumpent optimi nonnunquam sensus 10, 3, 33. quocunque irruperunt (*affectus*) 3, 5, 2; ad prosopopoeïas usque et ad suasorias irrumpunt (*grammatici*) 2, 1, 2 *N.*; in pectora irrumpat (*orator*) 2, 5, 8. in ipsa capitis aut fortunae pericula irrupit voluptas 4, 2, 122.

Is. eis. 7, 1, 19. 7, 10, 15. 10, 2, 11. 12, 10, 77. 9, 4, 31 *Domit.* (*a. l.* iis) 7, Pr. 1. (*a. l.* his *al.* iis) 10, 2, 23. 11, 1, 67. 12, 9, 11; ii (*a. l.* hi) 7, 4, 33 *Z.* 9, 3, 25. 10, 7, 30. *etc.*; iis (*a. l.* his) 3, 9, 5. 6, 1, 23. 51. 6, 4, 4. 8, 6, 63. *ibique Nott. critt.* (*a. l.* is) 5, 13, 36. iisque (*a. l.* hisque) 10, 1, 35. I) *demonstrative.* α) quanquam is primus inclinasse eloquentiam dicitur 10, 1, 80. *cf.* 6, 3, 78 *Z.* si is potionem a se datam bibisset 7, 2, 17. si cui quis profectionem suaserit, et is naufragio perierit; ad coenam invitarit, et is cruditate illic contracta decesserit 7, 3, 33. nam id quidem — si cui praecipiendum est, is reliqua frustra docetur 4, 2, 60. si quendam adjicere velis, is (*a. l. om.*) erit Caesius Bassus 10, 1, 96. pars hominis est manus, ejus digiti, illorum quoque articuli 7, 10, 7; nam ea quoque rei expositio est 4, 2, 106. παρονομασία ei contrarium est, quod *etc.* 9, 3, 67; Id nescio an oratori conveniat 8, 6, 22. Is namque dicit *ib.* 71; *om. est:* Id autem, si et actionis supererit locus 6, 1, 6. Id potius, quam *etc.* 10, 7, 23. Id non eo tantum, quod, si vis illa dicendi malitiam instruxerit, nihil sit publicis privatisque rebus perniciosius eloquentia —. Longius tendit hoc judicium meum 12, 1, 1. 3; *post aliquod intervallum ad rem, de qua agitur, relatum:* Opus est aliquando finitione obscurioribus verbis —. Quae varietas efficit, ut eam quidam conjecturae *etc.* subjecerint 7, 3, 13 *N. cf.* 11, 2, 8; *abundans:* Sed hae (*personae*) quoque interim cum suis accidentibus ponendae, cum id profuturum est 4, 2, 130. Cui vicinum est, non negare, quod objicitur, cum et id palam falsum est, et inde materia bene respon-

dendi datur 6, 3, 81 *N.*; *in citando:* Id enim, O callidos homines, perfectum est. 9, 4, 123. id sibi 7, 9, 12. cujus est generis id Augusti: 6, 3, 59; *c. Adjectt.:* Id autem universum verbis complectimur 5, 10, 54 *N.* quod libris Sibyllinis — dominatio daritribus Corneliis dicebatur, seque eum tertium esse credebat (*Lentulus*) post Sullam Cinnamque *ib.* 30. antequam, quae cuique rei figura conveniat, ostendo, dicendum est, nequaquam eas (*a. l. om.*) esse tam multas 9, 1, 22. eis utrisque ap. te judicem periclitatur *Domit.* 9, 4, 31; *Neutr. i. q. ea res:* Itaque, quod in eo incertum est, cura et inquisitione opus est *etc.* 5, 7, 23 *N.*; *eodem fere pertinet:* Virium non unum genus. — Praecipua tamen ejus opera δείνωσις in exaggeranda indignitate *etc.* 8, 3, 88 *N. v. infra* III. *β*) *i. q. talis:* nam ea nunc virtus est 7, 1, 44. cum ad eam (*a. l. om.*) amplificationem venerimus 6, 2, 23 *N.*; ea mensura ducta in minutionem rerum 6, 3, 52 *N.* ea est facundia, tanta gratia 10, 1, 121. tanta in eo vis est, id acumen, ea concitatio *ib.* 114; id ipsum *v.* Ipse II) *γ*.

II) *in transitu.* *α*) cum Aristophontem — interrogasset — isque id negasset 5, 12, 10. idque fit recte 4, 2, 29 *N.* idque vitium esse sublatum 10, 3, 22. *cf.* 9, 2, 102. 10, 1, 35. 10, 4, 3. 11, 2, 17. 12, 7, 4. 12, 9, 5. sed dandus illis deformibus color, idque etiam ap. malos 3, 8, 44. idque admirantibus (*a. l.* atque id mir.) quibusd. respondit 12, 1, 43. idque (*a. l.* id quod) tum ad qualitatem pertinet 5, 10, 52; Idque faciendum vetat M. Antonius 7, 3, 16. Idque in Calidio desiderat 11, 3, 123. *cf.* 9, 2, 93. 10, 1, 67. 11, 3, 143. (*a. l.* id quod) 9, 2, 55. 9, 4, 56. *β*) *in explicando:* declamare modo officii sui ducunt, idque intra deliberativas judicialesque materias 2, 1, 2. *cf.* 11, 1, 76. 11, 3, 110. qui circa voces senescunt: idque faciunt gratia decoris 8, Pr. 18. cum fratre, eoque sic merito 7, 1, 45. in hac cunctatione sunt quaedam non indecentes morae, caput mulcere *etc.*: eaque diutius, si judex nondum intendet animum 11, 3, 158. *cf.* 9, 4, 95. ut quorum (*verborum*) certissima sit regula in consuetudine, eaque non sua natura sint bona aut mala 10, 2, 13 *N.*; atque ea maxime jucundam facient orationem 4, 3, 15. neque id raro 4, 2, 26. Non enim rerum modo, sed etiam verborum ordinem praestat: nec ea (*memoria*) pauca contexit, sed durat prope in infinitum 11, 2, 8; Est et alius ex historiis usus, et is quidem maximus 10, 1, 34. nam id quidem aut satis *etc.* dictum est *ib.* 4. *cf.* 4, 2, 60 *Z.* 5, 11, 36.

III) *seq. Relat.* *α*) ἦθος, quod intelligimus — id erit, quod *etc.* 6, 2, 13. is candidatus, qui coci filius habebatur 6, 3, 47. Is, qui hos adhibuisse, et cui id factum dicitur 6, 2, 53. *cf.* 7, 3, 36. ut id, de quo modo dixi 8, 6, 14. affectus quidem, praecipue eos, qui sunt dulciores 10, 1, 101. is erit, quem quaerimus, perfectus orator 10, 2, 28. sit orator is, qui a M. Catone finitur 12, 1, 1. membrorum incisorumque junctura non ea (*a. l.* eo) modo est observanda, quae (*a. l.* quo) verborum 9, 4, 44. *cf.* 1, 1, 32. 1, 10, 4. 4, 2, 81. 5, 11, 8. 8, 3, 31. 64. 9, 4, 106. 10, 1, 87. 104. 11, 1, 74. 12, 7, 7. 12, 11, 8; hunc (*animum*) transformari quodammodo ad naturam eorum, de quibus modo dixi 1, 2, 30. constat accusatione et defensione causa ejus, quod (*Sp.* causae, quod) est judicialium proprium 3, 8, 55 *Z.* At id quidem est, propter quod tropus est 8, 6, 66. actor in eo, quod factum est, liberum habet impetum —: in eo vero, cujus libera mutatio est, diu roget et suadeat 7, 4, 30. *cf.* 9, 3, 81; sic ab eo, quod est robur, roboris fieri, quomodo ab eo, quod est miles, militis *etc.* 1, 6, 24; *seq. Conjunctivo:* de justis, honestis, utilibus, iis-

que, quae sint istis contraria, dicunt 10, 1, 35. Eorum, quos viderim, longe princeps Pomponius Secundus *ib.* 98. *cf.* 11, 3, 92. capite atque humeris ad id, quo manus feratur, obsecundantibus 11, 3, 92. *β*) id quod commune est omnibus, Quid sit status *etc.*, intuendum puto. 3, 6, 1 *N.* frequentissime vero, id quod firmissimum est, nunquam iis responsurum adversarium fuisse 5, 13, 46. ita apparebit aut id, quod optimum est, aut id, quod minime malum 7, 1, 37. *cf.* 8, 2, 7. 8, 3, 41. 73. 10, 1, 84. 11, 3, 160. 12, 1, 1. 8. 12, 2, 8. (*a. l. om.* id) 5, 10, 56. 12, 11, 11.

IV) *Id est:* Id est inductio. 5, 11, 3 *N.* id erit finitio 7, 8, 2. Id (*sic Codd.; vulg.* Ea) vulgaris opinio est 1, 10, 35 *N. cr. et S.* Id enim est, An male facere voluerit 7, 2, 56. Adjecisset enim — quod desiderari potest. Id est autem, ut esset multo magis pugnax etc. 10, 1, 120. utrum id sit status, an in eo status 3, 6, 21; proximus liber a prima (*parte*), id est exordio (*Sp.* prooemia, id est, exordia) incipiet 3, 11, 28 *Z.*; quidquid supra tris syllabas, id est, ex pluribus pedibus 9, 4, 80. *cf.* 1, 9, 1. 1, 5, 49. 1, 11, 12. *etc.* Illud legale, hoc rationale genus Hermagoras atq. eum secuti vocant, id est *νομικὸν* et *λογικόν* 3, 5, 4 *N. cr.* *ἐκβάσεις* id est exitus 5, 10, 86.

V) *seqq. Conjunctionibus:* id agit, ut minore invidia laboret 9, 2, 62. Id enim (*Sp.* esse) raro faciendum judico — ut totus ordo repetatur 4, 2, 128. *v.* Ago. Laboro. is dicendi modus, ut nec quid desit in eo *etc.* invenias 10, 1, 76. id non sit propositi, ut *etc.* 10, 1, 105. Quantum possis, in eo semper experire, ut prosis 9, 3, 76; nam id quidem, ne qua (*Sp.* nam ne) contraria *etc.* in narratione dicamus, si cui praecipiendum est 4, 2, 60; in utraque parte id ambigitur, an *etc.* 7, 7, 1; sive eum movit id (*Sp. om.*), quod Hermagoras prima in hoc loco posuit exempla ex quaestionibus juris 3, 6, 59 *Z.*; sive ex hoc duxerint nomen, quod —, sive ex eo, quod *etc.* 9, 1, 1. Id non eo tantum (*sc. valet*), quod — nihil sit publicis privatisque rebus perniciosius eloquentia 12, 1, 1 *N. et Add. v.* Eo; saepius id est accusatoris, avertere judicem a miseratione 6, 1, 20.

Iste. *α*) *ad proxima relatum:* non hoc agimus, ut istud illi, quem formamus, viro saepe sit faciendum 12, 1, 44. Ut ista concedam: tu nec infans es *etc.* 7, 1, 51. nec solum scientibus ista, sed etiam discentibus tradimus 11, 1, 5. quanquam ista sint praecipua 10, 7, 5. *cf.* 9, 4, 32. de justis, honestis, utilibus, iisque, quae sint istis contraria 10, 1, 35. natura permixta est omnibus istis oratio 12, 2, 20. Celsus hoc nomen isti figurae dedit 9, 2, 40. ceterarum fulgore virtutum laus ista praestringitur 10, 1, 92. voluptas ista 10, 3, 24; Seneca in ista (*a. l. om.*) controversia, cujus summa est *etc.* 9, 2, 42. nec mirum, si ista, quae tamen in aliquo posita sunt motu, tantum in animis valent 11, 3, 67. *β*) *cum contemtu:* [istum (*Z.* illum) nescio quem unum 1, 2, 9.] Aut dicant isti mihi, quae sit alia ratio discendi? 1, 12, 6. isti, qui philosophi vocantur 11, 1, 35. perturbatio istum mentis, et quaedam scelerum offusa caligo *etc.* excitarunt 9, 3, 47; O quam istud parvum putant! 12, 2, 3. utinam tam non pigeat facere istud, quam non displicebit 2, 5, 17. ista quaerendi, judicandi *etc.* anxietas, adhibenda est, dum discimus, non dum dicimus 8, Pr. 29. isto caedendi jure abutuntur 1, 3, 17. veterem illum horrorem dicendi malim, quam istam novam licentiam 8, 5, 34.

Istic. hodie te istic muscae comedissent *Sicinius.* 11, 3, 129.

Ita. I) *absolute. α*) *ad antecedentia pertinens:* quam spem accusator habeat, omnibus ita defensis 6, 1, 3 *N.* nam ita edidit 9, 4, 74. deorum

atq. heroum effigies ceteri, tanquam ita necesse sit, sequuntur 12, 10, 5. ut (*Cicero*) Philippicas (ita vitam pollicente eo (*Antonio*)) exurat 3, 8, 46. qui haec non vocibus tantum sibi nota atque nominibus aurium tenus in usum linguae perceperit, sed qui virtutes ipsas mente complexus ita sentiat 12, 2, 17 *N. cr.* quia ita (*a. l.* id) homines putant 7, 1, 35. *cf.* 10, 7, 28. 11, 1, 71. quae secundum naturam judicantium dicta sunt, non ita posteris tradentur 12, 10, 55. *β*) *ad sequentia pertinens:* Ita enim dicit de oratore: Nullae argutiae *etc.* 11, 3, 122. ut ita dicam 10, 1, 6. *v.* Dico. haec i. digerunt 11, 2, 19. ergo i. finiet 7, 3, 22. 26. Ita se res habet 10, 3, 15. in tertio de oratore i. scriptum est 9, 1, 25. quendam non ignobilem poëtam i. lusisse 9, 4, 90; Nam ita promiseram, me de arte *etc.* dicturum 12, 10, 1. qui Victorias aureas in usum belli conflari volebat, ita declinavit, victoriis utendum esse 9, 2, 92. *cf.* 9, 4, 90. *γ*) *i. q. adeo:* ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus 10, 1, 69. Ita (*a. l. om.*) mihi contingat herede filio mori (*in jurejurando*) 9, 2, 98. i. omnem vitae imaginem expressit 10, 1, 69. i. quibusdam nervis intenta sunt (*omnia in Demosth.*) *ib.*7. quod quid ita placuerit iis, non video 9, 4, 110; non ita difficilis quaestio 2, 5, 18. quaedam non i. magnae vocis declinationes 11, 3, 46. *ib.* 136. rarum incessum, neque ita longum *ib.* 126. *δ*) *in transitu i. q. itaque:* Intueamur omnia: ita apparebit *etc.* 7, 1, 37. cano, canto, dico: ita cano, dico 8, 6, 58. Ita dicemus, quae in nostro simili casu dicturi fuissemus 6, 2, 34. Ita fiet, ut ex judicio praeceptoris discipulus pendeat 2, 2, 9. *cf.* 1, 1, 1. 11, 3, 31. ita nunquam erimus in turba 1, 2, 15. *ib.* 29. Ita neque illum probaverim — neque illum 6, 1, 47. *v.* Neque. Ita, si fuisset orator — non defendisset 12, 1, 43. *cf.* 2, 17, 10. Ita, dum timent, ne aliquando cadant, semper jacent 8, 5, 32. Ita sic quoque recte diximus, materiam rhetorices esse *etc.* 2, 21, 20; *cf.* 2, 1, 3. 2, 4, 14. 2, 17, 26. 3, 6, 70. 85. 3, 8, 33. 4, 1, 65. 4, 2, 127. 5, 12, 6. 5, 14, 1. 16. 6, 2, 7. 8, 2, 22. 8, 5, 7. 9, 4, 86. 10, 1, 101. 11, 1, 6. 11, 2, 3. 12, Pr. 4. 12, 9, 18. 12, 10, 26; *c. interrogat.:* Ita, si dicendum in sole fuerit, reos deseremus? 11, 3, 27. ita cur laxiorem sinum sinistro brachio non subjiciamus? *ib.* 146.

II) *cum relatione:* *α*) ita sunt exorsi, quasi — imponerent Pr. 4. *cf.* 9, 4, 87. qui ita dicunt, tanquam inter duas leges quaeratur 7, 4, 42. 9, 1, 12. quemadmodum dicimus, Non feci furtum — ita, Non est hoc furtum *etc.* 7, 3, 1. ut ita diceret, quomodo se quilibet posse confideret 11, 1, 92. ita se habet sacrum, quale ap. Homerum quoque est 1, 5, 67. *β*) Id ita consequemur, si intuiti fuerimus, quae sit lex 7, 1, 14. quod i. continget, si — viderimus 7, 10, 17. ut recte finiamus ita fiet, si et, quid in quoque conveniat, viderimus, et ut verba verbis applicemus 7, 3, 21. *cf.* 1, 5, 48. 1, 11, 12. 10, 7, 12. Ita sunt autem speciosa haec et utilia, si oriuntur ex causa 2, 4, 31. quae ita demum a fide non abhorreant, si — finxerimus 9, 2, 30. *cf.* 2, 7, 1. 4, 3, 14. *v.* Demum. *γ*) pedibus quoque ad hanc naturam accommodatis utentur, non tamen ita ut trochaeis 9, 4, 135 *N. cr.* ita quisque, ut audit, movetur 11, 3, 2. ut persuadendi ardua ratio, ita dicendi expeditissima 11, 1, 75. *cf.* 8, 6, 62. 11, 3, 131. ut si quis palaestrae peritus — discernat, cui quisque certamini praeparandus sit: ita praeceptorem eloquentiae, cum sagaciter fuerit intuitus *etc.* ita se commodaturum singulis, ut in eo, quo quisque eminet, provehatur 2, 8, 3. 4; silentium *etc.* ut sunt maxime optanda, ita non (*a. l.* n. ita) semper possunt contingere 10, 3, 28. ut non durat ultra poenam abdicationis, ita abdicat tamen 9, 2, 88. *v.* Ut;

sicut ornent orationem — ita ineptissimas esse 9, 3, 100. δ) *seq. ut c. Conj.* a) Ita ergo fuit nobis agendum, ut judices illud intelligerent factum, delatores non possent apprehendere ut dictum 9, 2, 74. *cf.* 11, 3, 131. mentiri hyperbolen, nec ita, ut mendacio fallere velit 8, 6, 74. *cf.* 6, 2, 12. 11, 1, 56. Ita ut lenia spatium *etc.* poscant 9, 4, 131. *cf.* 10, 1, 11. nam ita forte accidit — ut simili ictu ferirer 6, Pr. 3. b) *i. q. adeo:* Quae (*translatio*) quidem cum ita est ab ipsa nobis concessa natura, ut indocti quoque *etc.* ea frequenter utantur: tum ita jucunda atque nitida, ut in oratione — eluceat 8, 6, 4. ita longe abest, ut *etc.* 10, 1, 113. quo ita severe sunt usi veteres grammatici, ut *etc.* 1, 4, 3. me fortuna ita subito prostravit, ut *etc.* 6, Pr. 2. sunt quaedam figurae ita receptae, ut paene jam hoc ipsum nomen effugerint 9, 3, 4. ita legibus Sullae cohaerere statum civitatis, ut his solutis stare non posset 11, 1, 85. *cf.* 6, 1, 31. 6, 2, 30. 8, 3, 63. 12, 7, 1. *v.* Tam. Quod ipsum ita fieri oportet, non, ut damnasse eas (*quaestiones*) videamur, sed omisisse 7, 1, 19. longiorem dicturis periodum colligendus est spiritus, ita tamen, ut id neque diu, neque cum sono faciamus 11, 3, 53; ut ita sudario frontem siccari juberet, ne comae turbarentur *ib.* 148 *v.* Ne.

Itaque. I) *in initio:* α) *transitum facit:* Itaque haec attigi 6, 3, 102. It. accedam in plerisque Ciceroni 9, 4, 2. Itaque et versus hi fere excidunt *ib.* 76. *cf.* 5, 10, 58. 5, 13, 38. 11, 1, 85. 12, 10, 51. Itaque, ut confiteor — ita puto 9, 4, 16. *cf.* 12, 7, 3. β) *i. q. hac ex causa:* Itaque — difficilius est 8, Pr. 5. It. vult esse, auctoritatem in verbis *etc.* 8, 3, 43. It. videas et divisionem pro sententia poni 8, 5, 30. itaque (*a. l.* et itaq. *al.* et ita) et dentes albos *etc.* in iis non reprehendemus 8, 6, 40. It. propositio quoque secundum hanc utilitatem accommodabitur 5, 13, 13. *cf.* 8, 3, 61. 10, 1, 85. 9, 1, 12. 9, 2, 79. 9, 3, 1. 11, 1, 62. II) *postpositum:* primum itaque 6, 3, 28. *cf.* 5, 10, 57. Hoc it. maxime docetur 8, Pr. 16. accidit it. 10, 4, 3. assecutus est it. 11, 1, 85. non longe it. 1, 1, 14. *cf.* 8, 3, 20. 11, 1, 63; Eligat it. peritus praeceptor 8, Pr. 3. *cf.* 8, 4, 12 *Z.* [audendum it. 8, 3, 35; per omnes affectus tractatus hic itaque (*dubium et incredibile Z. conjic.* huc atque) illuc sequetur 12, 10, 62 *S.*]

Item. α) cujus adversarius item puer 6, 1, 47. it. cetera 3, 6, 77. His plura intelliguntur: uno modo summa quaestio, item ut status 3, 11, 27. Periodos apta prooemiis majorum causarum —. Item communibus locis et in omni amplificatione 9, 4, 128. Item correctionis eadem ratio est 9, 3, 88. Item omnia, de quibus dicendum est, aut certa sint necesse est, aut dubia 3, 4, 8. *cf.* 2, 17, 20. 6, 3, 25. 8, 2, 8; *i. q. porro:* Item, confessum est ex utraque parte jus, aut dubium 7, 7, 7. *cf.* 7, 4, 23. β) *itemque:* Itemque de quaestionum ordine, cum *etc.* 2, 13, 6. Itemque paeon, qui *etc.* 9, 4, 96. Itemq. ab iis, qui sedentes agent. 11, 3, 134. *cf.* 1, 5, 26. 45. 5, 14, 16. 9, 4, 90. 11, 3, 32. itemque (*a. l.* item *al.* itaque) eadem figura dici cursitare, qua lectitare 9, 1, 12. *cf.* 1, 7, 5 *Z.*; item quod a defunctis — itemque ab eo, cui idem expediet, (*dicitur*) 4, 2, 93. *v.* Itidem.

Iter. I) *profectio:* Iter pulverulentum facit: sed neque iter pulverem movet; nec quisquis est pulverulentus, ex itinere est 5, 10, 81. in itinere 10, 3, 30. longo itinere deducta (*animalia*) 11, 2, 6. in it. longo *ib.* 21; si militare iter imperes 11, 3, 26. II) *i. q. via:* iter amoenum ac molle 4, 2, 46. it. neque impervium neque saltem durum 12, 11, 11. stratum militari labore it. saepe deserimus, compendio ducti 2, 13, 16; qualecunque ingressi sunt it. 3, 1, 6. obsidenda itinera 7, 10, 13.

ut itinere deerremus 10, 3, 29. recto itinere depulsi 4, 2, 104. recto it. lassi (*Sp.* lapsi) 2, 3, 9 *S.* illo it. usum esse 5, 10, 69; *transl.:* cujus prima aetas manifestum it. ad ingenii lumen ostendit Pr. 6.

Iteratio. (*fig. ap. Cic.*) 9, 1, 28. non enim est ipsa per se it. schema 9, 2, 63. ejusd. verbi aut sermonis it. 8, 3, 50. iterationes et *ταυτολογίας* et *περισσολογίας*, quas in narratione vitandas quidam scriptores Artium tradiderunt, transeo 4, 2, 43; interim variatur casibus haec et generibus iteratio (*a. l.* retractatio) — et ap. Rutilium longa *περιόδῳ* (*Sp. περιόδοις*) 9, 3, 36 *Z. N.* ita sola, quae exciderunt, retractantur, ut crebra iteratione (a. *l.* reit.) firmentur 11, 2, 35. lectio multa iteratione (*a. l.* alteratione) mollita 10, 1, 19. crebrioribus mutata declinationibus iteratione verborum 9, 3, 42.

Itero. iterare declamationis partem 11, 2, 39. illud repetendi genus, quod semel proposita iterat et dividit 9, 3, 35. iterata lectione 11, 2, 2. iteratis utrinque mediis 9, 3, 34.

[**Itidem.** Qui servus est, si manumittatur, fit libertinus, non itidem (*sic Sp. de conj. Regii; Z. Francium secutus* item; *Codd.* idem, *a quibus non discedendum videtur.*) addictus 5, 10, 60 *N. cr.*]

Iterum. ut plurima it. dicenda sint 4, 3, 3. accidit etiam nonnunquam eadem causa, de qua pronuntiarit, cognoscatque it. 11, 1, 77. [vigilandum ducat, it. enitendum, pallendum 7, 10, 14. *v.* Enitor.] eadem it. ac saepius dicere 12, 8, 8. id it. et tertium, et dum nihil sit reliqui 7, 1, 27. suspenditur sermo it. — tertio 11, 3, 36. 37.

J.

Jaceo. I) stratum jacere 6, 1, 34. jacendi *etc.* vices 11, 3, 44. II) dum timent, ne cadant, semper jacent 8, 5, 32; quibus detractis jacet oratio 9, 2, 4. jaceat necesse est (*expositio*) 4, 2, 118. jacere sensus in oratione, in qua verba laudantur 8, Pr. 31 *N.; Partic.* probus ab illo segni et jacente plurimum aberit 1, 3, 2. animi jacentis et mollis supra modum frontis 6, 4, 11.

Jacio. I) talos jecit (*a. l.* projecit) in medium 6, 1, 47. praecipitata esset ab eo uxor, an se ipsa sua sponte jecisset. 7, 2, 24. II) *transl.:* nisi oratoris futuri fundamenta fideliter jecerit 1, 4, 5 *v.* Fundamentum; in narrando Cic. consistere facetias putat, dicacitatem in jaciendo (*de conj. Regii, sicut ap. Cic. legitur; Codd. nostri* faciendo) 6, 3, 42 *N.* est et jactus sine persona sermo 9, 2, 37.

Jactantia. jactantiam minuat 6, 3, 75. veritus opinionem jactantiae 9, 2, 74. jactantiā ingenii 12, 8, 3. ambitiosae in loquendo jactantiae 12, 10, 40 *v.* Affectatio. abolita atque abrogata retinere, insolentiae cujusdam est, et frivolae in parvis jactantiae 1, 6, 20. persequi, quod quisque unquam dixerit, aut nimiae miseriae aut inanis jactantiae est 1, 8, 18.

Jactatio. I) *proprie:* jactatione manus 10, 7, 26. multo discursu, anhelitu, jactatione *etc.* furentes 2, 12, 9. II) *transl.:* nec expectata cogitatio et vix surgendi mora circulatoriae vere jactationis est 2, 4, 15. illa in (*a. l. om.*) jactatione perversa 11, 1, 21 *N.* jact. nostrorum temporum 4, 1, 9; imprimis omnis sui (*Z. del. de conj. Sp.*) vitiosa jact. est 11, 1, 15. illa dicendi vitiosa jact. 12, 9, 4. eloquentiae in-

decora jact. 11, 1, 25 *v.* Fiducia. vanitas atque jact. circa memoriam sua (*Sp.* suam) potius arte quam natura gloriantis 11, 2, 22 *Z.*; in jactationem eruditionis 1, 5, 11. Quod natum ab ostentatione declamatoria jam in forum venit, postquam agere causas, non ad utilitatem litigatorum, sed ad patronorum jactationem repertum est 4, 3, 2.

Jactator. rerum a se gestarum major quam eloquentiae jact. (*Cicero*) 11, 1, 17.

Jacto. *proprie:* brachium in latus jactant 4, 2, 39. jactare id (*caput*) 11, 3, 71. jactantur et humeri *ib.* 130. manus jactare *ib.* 179. *cf.* 6, 3, 54. 10, 3, 21. cum multum se Curio ex more jactasset (*inter dicendum*) *ib.* 129; in superiora jactetur 11, 3, 119 *N.* jactabatur inter manus centurionum concubinarumque *Coel.* 4, 2, 124. II) *transl.: i. q. agito. a*) jactatum casibus variis 7, 2, 26; *imprimis animo et verbis:* communia haec pluribus causis, multumque jactata sunt, semper tamen jactabuntur 5, 7, 34. si quid ab adversario in advocationibus jactatum sit 5, 13, 49. illa (*dicta*) ab oratore non ficta, sed passim jactata 6, 3, 4. qualia vulgo jactantur a vilissimo quoque *ib.* 47. unde causas turpium factorum saepe extitisse, utinam falso jactaretur 1, 2, 2. *β*) *i. q. cum ostentatione dico:* nonnunquam hiulca etiam decent, faciuntque ampliora quaedam, ut Pulchra oratione acta omnino (*Z. de conj.* Horatio; *Codd.* oratio) jactare. 9, 4, 36 *N. cr.* ingenio et gratia, quam in se ipse maxime jactat, Apelles est praestantissimus 12, 10, 6. jactandi ingenii gratia 3, 1, 3. studio se quodam oratorio jactant 12, 2, 25; qui se dicere sublata manu jactant 11, 3, 119. *cf.* 10, 1, 127; *Partic.:* tumidum ac sui jactantem 11, 1, 50. gens tumidior atq. jactantior 12, 10, 17. jactantior gestus *Coel.* 11, 1, 51. illud etiam jactantius (*ambitus genus*) minores contra dignitatem attollendi 12, 7, 6.

Jactura. jacturis rei familiaris *Cic.* 5, 11, 12.

Jactus. glebarum testarumque j. non habet nomen 8, 2, 5.

Jaculatio. in hac veluti jaculatione verborum (*a. l.* dictorum) 6, 3, 43.

Jaculor. I) *proprie:* vulgi faces ac saxa jaculantis 12, 1, 27. in jaculando brachia reducimus 10, 3, 6. qui jaculum emittit jaculari dicitur 8, 2, 5; qui sententias vibrantes digitis jaculantur 11, 3, 120. II) *in dicendo:* abrupta quaedam jaculantur (*declamantes*) 2, 11, 6. si jacularetur in uxorem obliquis sententiis 9, 2, 79.

Jaculum. *v.* Jaculor.

Jam. — sicut Tam scribitur 1, 4, 10 *N.* 1) *ad tempus relatum. a*) *ad praeteritum:* haec jam etiam inter ipsas ineptias evanuerunt 1, 7, 6. Sed j. recepta est actio paulo agitatior 11, 3, 184. *cf.* 4, 1, 57. ut j. respondi talibus 8, 3, 39. consuetudo j. tenuit 8, 5, 2. *β*) *ad praesens:* jamque eas sine motu mentis accipit 4, 2, 115. plenum vino non vini j. dicitur 9, 3, 1. vereor, ut jam nos ferat quisquam 8, 3, 25. *cf.* 1, 6, 42. j. enim tempus est dicendi 11, 3, 61. quae j. humanitas vocatur 2, 2, 10. *γ*) *ad futurum:* jam illum, quo fefellerant, exuant mentitum colorem 12, 10, 76. si singula dissolveris, j. illa flamma concidet 5, 13, 13. J. ostendam, qualis sis 6, 3, 38. cum j. incipiendum erit 11, 3, 159. j. enim ad id genus veniendum est 9, 2, 65. tertium j. aliquid videndum est, 7, 1, 7; jam hinc sciat 2, 2, 15. *v.* Hinc. *δ*) *c. Negat.:* Sed jam non pueris praecipimus 8, 6, 13. *cf.* 10, 1, 112. cetera jam non significandi gratia sed ad ornandam orationem assumuntur 8, 6, 39. ut jam nobis fas non sit 8, 3, 36. *cf.* 6, 1, 20.

Periclitor. *α*) in eo scripto, quod Nero ad Senatum misit occisa matre, cum se periclitatum videri vellet 8, 5, 18; ut res proponatur, verba non periclitentur 7, 3, 17; *imprimis in judiciis:* eis utrisque ap. te judicem periclitatur Laelia *Dom. Af.* 9, 4, 31. cum omnia curae tutelaeque unius innixa periclitari nullo judicii exitu possint 6, 1, 35. si aut statu periclitari aut opinione litigator videtur *ib.* 36. probandum est aut causa periclitandum 7, 2, 12; *c. Inf.:* summa (*vox*) rumpi periclitatur 11, 3, 42. *β*) *Partic. in judiciis de reis eorumque patronis:* agimus periclitantem (*in scholis*) 6, 2, 36. moveri periclitantium vice *ib.* 35. necessarium periclitanti solicitudinis colorem 11, 1, 49. periclitantem commendat dignitas, et studia fortia, et susceptae bello cicatrices, et nobilitas, et merita majorum 6, 1, 21. pro patre *etc.* periclitantibus 12, 1, 40; *Neutr. i. q. nimium:* in juvenibus etiam uberiora paulo et paene periclitantia feruntur 11, 1, 32 *N.*

Periculose. p. mansurum in illa domo 4, 2, 96; si quid periculosius finxisse videbimur, quibusdam remediis praemuniendum est, *Ut ita dicam etc.* 8, 3, 37.

Periculosus. p. offensa 2, 20, 8. temeritatem non causis modo sed ipsis quoque, qui dixerunt, per. 12, 9, 13. (*fulgor*) habenti periculosus

10, 1, 30; quem laedere sit periculosum 6, 3, 34. quidam periculosum id oratori arbitrantur duabus ex causis 4, 5, 2. *cf.* 7, 3, 17; periculosissimum praeceptum 1, 6, 44.

Periculum. I) *proprie.* *α*) *de omni discrimine:* habent in meritis gratiam (*Sp.* habetur — gratia) periculum quoque et difficultas 7, 4, 22 *Z.* pericul'orum ac sanguinis majora sibi deberi praemia putant (*milites*) 11, 1, 88. Dediderim per. omnibus *Cic.* 9, 3, 4 *N.* tot pugnandi pericula ineuntibus 2, 16, 8. per. intelligere 12, 5, 4. non se timidum in suscipiendis, sed in providendis per. *Cic.* 12, 1, 17. quia pericula tantum non etiam offensa vitatur 9, 2, 67. si non praesidio inter pericula, tamen solatio inter adversa *Dom. Afer* 9, 3, 97. nihil efficacius ad pericula epilogorum 6, 1, 41. jam extra periculum positis judiciis 2, 5, 23. supervacua cum taedio dicuntur, necessaria cum periculo subtrahuntur 4, 2, 44. vel cum per. suscepti litigatoris 2, 12, 4. an sit sine per. 3, 8, 27. non sine per. quodam 1, 5, 71. *β*) *in judiciis:* praesenti per. 7, 4, 18. ne universam domum periculo subjiceret 7, 1, 53. quantum per. intentetur 4, 3, 7. in per. deduci 4, 2, 12. ipsorum etiam, qui orant, periculo afficimur 10, 1, 16. Phrynen non Hyperidis actione — sed conspectu corporis — periculo liberatam 2, 15, 9. *γ*) *in eloquendo:* per., quod est in elocutione, vitat 2, 12, 5. optima quaeque (*sententia*) a per. petitur 2, 11, 3 *N.* tanta in quibusd. ex per. petitis significantia 10, 1, 121 *N.* audaci et proxime periculum translatione 8, 6, 11 *N. cr.* II) *de ipsis causis forens.:* capitis aut fortunarum pericula 4, 2, 122. periclitantem commendat et causa periculi 6, 1, 22. non eandem esse condicionem — praeceptorum et periculorum 10, 1, 36 *N.* ponentium periculis pretia procul abominanda negotiatio 12, 7, 11. in periculis maxime versatur affectus *opp.* causae privatae 6, 1, 36. auxilium in publicum polliceri, quod in praesentissimis quibusque per. desit 10, 7, 1. *cf.* 7, 4, 18.

Perinde. *v.* Proinde.

Periodus. Periodo plurima nomina dat Cic., ambitum, circuitum, comprehensionem, continuationem, circumscriptionem. Genera ejus duo sunt: alterum simplex, cum sensus unus longiore ambitu circumducitur; alterum, quod constat membris et incisis, quae plures sensus habent —. Habet periodus membra minimum duo. 9, 4, 124. — sit aperta, ut intelligi possit, non immodica, ut memoria contineri *ib.* 125. ipsas per. majoribus intervallis et velut laxioribus nodis resolvemus *ib.* 127. Periodos (*a. l.* periodus) apta prooemiis majorum causarum, ubi solicitudine, commendatione, miseratione res eget. Item communibus locis et in omni amplificatione: sed poscitur tum austera, si accuses; tum fusa, si laudes. *ib.* 128. *v.* Membrum. decurrentibus per. dicentem 11, 1, 49. longiorem dicturis periodum colligendus est spiritus 11, 3, 53. An non pudeat certam creditam periodis postulare? 8, 3, 14. sunt aliquando et sine respiratione quaed. morae etiam in periodis 11, 3, 39; in illa per. 11, 3, 90. in ead. per. 9, 3, 43. et insequentes deinceps periodos 9, 4, 14.

Periphrasis. huic (*μακρολογίᾳ*) vicina periphr. virtus habetur 8, 3, 53. haec ut, cum decorem habet, periphr. est, ita, cum in vitium incidit, *περισσολογία* 8, 6, 61. *v.* *περίφρασις.*

Peristroma. conchyliata peristromata terunt servi 8, 4, 25.

Perite. qui satis p., quae essent probationibus utilia, reperirent 6, 2, 3.

Peritia. ut rhetoricen non artem, sed peritiam quand. gratiae ac voluptatis existimet (*Plato*) 2, 15, 24.

Peritus. *α*) sine doctore p. Pr. 27. p. ille praeceptor 8, Pr. 3. adjiciunt quidam peritorum, πάθος temporale esse 6, 2, 10 *N. cr. et S.* *β*) *c. Genit.:* dicendi p. 12, 1, 1. minus adhuc p. distinguendi vim cujusque verbi 12, 5, 3. satis dividendi p. 7, 10, 6. docendi p. 1, 3, 1. exercendi corpora p. 2, 8, 13. nondum satis p. loquendi 12, 10, 16. praecipiendi p. 1, 1, 8; honestorum ac turpium p. 2, 20, 8. peritus juris ille 12, 3, 3. *cf. ib.* 9. peritissimus linguae Lat. et omnis antiquitatis 10, 1, 95. M. Cato — peritissimus rerum rusticarum 12, 11, 23; in hoc solo minus peritum quam in ceteris 11, 1, 71.

[**Perlatio.** hos (*affectus concitatos*) ad perlationem (*sic. oppt. Codd.*; *fort. pertinet ad vim, qua causam, tanquam legem, perferimus*; *vulg. de conj. Regii* perturbationem, *a. l.* probationem), illos (*mites*) ad benevolentiam praevalere 6, 2, 9 *N. cr. et S.*]

Perlego. quod videre non est satis, perlegendum erit 12, 8, 12. perlectus liber 10, 1, 20.

Permaneo. in illa vetere persuasione permanenti 3, 4, 4.

Permisceo. *α*) permixta est et utilitatis ratio 3, 8, 56. ipsorum (*audientium*) etiam permiscenda laus semper 3, 7, 24. in quo (*genere*) trium permixta est gratia 8, 6, 49. quae (πλοκὴ) fit ex permixtis figuris 9, 3, 41; bona nostra permixtis malis 4, 2, 102. ut controversiae permixtis salibus fingerentur 6, 3, 15. *β*) *c. Dat.:* pueros adolescentibus sedere permixtos 2, 2, 14. ne iis, quibus permixta sunt, inquinentur 2, 5, 24. plerumque apertis permixta est (*allegoria*) 8, 6, 47. quod insectationis genus et permixtum defensioni legimus 5, 7, 6. adeo tribus primis partibus esse permixtum (*judicium*) 3, 3, 6. naturā permixta est omnibus istis oratio 12, 2, 20; cum alio aliquo nocituro permixta sunt (*litis instrumenta*) 12, 8, 12.

Permissio. (*fig. ap. Cic.*) 9, 1, 35. 9, 3, 90. paene idem fons est illius, quam permissionem vocant, qui communicationis 9, 2, 25.

Permitto. *α*) similes imperantibus vel permittentibus 9, 2, 48. ceterum ex causa, ut quaeque permittet, — succurret 11, 1, 77. permittat, an vetet, an imperet (*lex*) 7, 7, 7. *cf.* 3, 6, 17. 5, 10, 39. alibi quam mos permiserit 11, 1, 47. cum res postulat aut certe permittit 4, 3, 4. *β*) *c. Obj.:* id — rationem permittere 1, 6, 10. laudare illud me adhuc, venturum tempus, ubi idem non permitterem 2, 4, 14. aliud in scholis permittendum semper, in foro raro 5, 13, 45. Sed hoc aut primae actiones, aut *etc.* permiserint: at cum protinus respondendum est, omnia parari non possunt 12, 9, 16. quanto plus nitoris *etc.* demonstrativae materiae, quam suasoriae *etc.* permittant 11, 1, 48. ubi non dissidens a voce permittitur gestus quoque 11, 3, 165. minime vero permittenda licentia 2, 2, 9. *γ*) *c. Dat.:* permittamus vela ventis Ep. ad Tryph. 3. expertas vires libero coelo permittunt 2, 6, 7. poëtis permittamus sane ejusmodi exempla — non idem oratorem decebit 8, 3, 73. *cf.* 8, 6, 71. nobis illa, quae Attici mirantur, diversa Latini sermonis ratio minus permiserit 10, 1, 107. *cf.* 8, 6, 31. quae sibi ille permiserat 11, 1, 24. vix illa nobis permittimus 8, 6, 32. permissa oratoribus schemata 1, 5, 52. verba ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis 1, 2, 7. *δ*) *c. Inf.* a) cum consultus praetor permiserit dicere 11, 3, 157. materias dividere permittet 10, 5, 22. eligere quaed. — permiserim 9, 4, 58. permittendo mutuari, quae non habet 8, 6, 5 *N. cr.*; qua et breviare quaed. et ornare permittitur 1, 9, 2. permittitur adhibere plus cultus 2, 10, 11. et contumeliose et aspere dicere permissum est 6, 3, 28 *v.* Con-

cedo. aliquando permittendum, quae ipsi scripserint, dicere 2, 7, 5. b) *adj. Dat.:* ut tanquam subdititios summovere familia permiserint sibi 1, 4, 3. neque enim mihi permiserim ead. uti declinatione 2, 15, 4. permittite mihi sic uti 8, 3, 37. quis tibi sic timere permisit? 8, 5, 15. tertiam adjecit προσομιλητικὴν, quam sane permittamus nobis dicere sermocinatricem 3, 4, 10. et poëtica themata juvenibus pertractare permittemus, ut expatientur 2, 10, 5. correctas ejus fabulas in certamen deferre posterioribus poëtis Athenienses permisere (*optt. Codd.* permiserunt) 10, 1, 66. ne Demostheni permittant evagari, sed eum dicere de ipso statu causae cogant 3, 6, 3.

Permollis. quod etiam in carminibus est permolle 9, 4, 65.

Permoveo. quos non permoverunt 6, 1, 45. affici et ira vel luctu permovere 2, 10, 8; permovendi omnes affectus erunt 12, 10, 36. permovendus est animus 3, 8, 39. *cf.* 8, 6, 19.

Permulceo. qua jucunditate permulceat 2, 5, 8. nihil aliud, quam quod pravis voluptatibus aures assistentium permulceat (*Sp.* — ant) 2, 12, 6.

Permutatio. defensionis perm. 5, 13, 42. ideoque frequens perm. est, et pleraque utroque modo efferuntur 9, 3, 7. ut (*literas*) retroagant rursus et varia permutatione perturbent 1, 1, 25.

Permuto. α) si quam in corporibus nostris aliorumve animalium partem permutes et transferas 7, Pr. 2. O atque U permutatae invicem 1, 4, 16; *Abl. abs.:* ipso genere permutato 1, 5, 49. perm. literis syllabisve 1, 6, 32. recta (*narratio*) an ordine permutato 2, 13, 5. *cf.* 9, 4, 24. perm. his (*verbis*) 9, 3, 78. β) quasd. (*literas*) aliis, non dissimilibus, sed quasi hebetioribus permutamus 1, 11, 4. permutato cum uxore habitu 2, 17, 20. *cf.* 3, 7, 6.

Pernego. cum is dedisse se pernegaret (*Sp.* negaret) 7, 2, 25 *Z.*

Pernicies. natura potior est salus nostra quam adversarii pernicies 7, 2, 21. in perniciem alterius 3, 2, 2. providentiae munera in mutuam pern. convertere 12, 1, 2. qui facultatem dicendi ad hominum pern. converterint 2, 20, 2.

Perniciosus. α) si contra perniciosum suscepta est causa 6, 1, 12. pern. reip. civem 10, 5, 13. turpes ac pern., etiamsi nobis sanguine cohaereant, amputandos 8, 3, 75. pern. instrumenta 2, 15, 32. β) *Superl.:* in eloquendo corrupta pleraque, atque eo perniciosissima, quod abundant dulcibus vitiis 10, 1, 129. quod ubique perniciosissimum est 12, 6, 2. pern. mens 5, 9, 13. studiorum perniciosissima hostis 2, 2, 10.

Peroratio. 3, 9, 1. 4, 2, 15. partita per. 6, 1, 55. per. incendit 4, 2, 75; utrumque perorationis genus 6, 1, 36. *v.* Epilogus; non unus color perorationis *etc.* servabitur 12, 10, 71. per. vice fungitur 4, 3, 12; reservandi perorationi an per totam actionem diffundendi affectus 7, 10, 12. qui plerisque perorationibus petitur fletus 6, 2, 7. peroratione (*additum de probabili conj. Regii*) aut memoriam refici aut animos moveri 8, Pr. 11 *N. cr.* De peroratione 6, Cap. 1.

Peroro. quanta vis in perorando 4, Pr. 6. quibus (*communib. locis*), citra personas, in ipsa vitia moris est perorare 2, 4, 22. cum est filio filiive advocatis in matrem perorandum 11, 1, 61.

Perosus. qui modo legitimam disciplinam non sint perosi 1, 10, 30.

Perpendo. ratio quaed. alte petita et plerumque plura perpendens et comparans 6, 5, 3. hoc genus per omnia tempora perpendi solet

5, 9, 5. ut diligentius repetitos (*libros*) tanquam lector perpenderem Ep. ad Tryph. 2. nec auditu sed intellectu perpendenda est (*proprietas*) 8, 2, 6. dimetiendis pedibus ac perpendendis syllabis 9, 4, 112. perpendendis coagmentandisque eis (*verbis*) 12, 10, 77.

Perpetualis. praecepta, quae καθολικά vocant, id est (ut dicamus, quomodo possumus) universalia vel perpetualia 2, 13, 14.

Perpetuo. non p. intendimus in haec animum 3, 11, 25.

Perpetuus. in actione perpetua *opp.* brevis atque concisa 6, 4, 2. p. admiratione 11, 1, 13. fructua p. nec fortunae subjectum 1, 12, 18. p. discentis intentio 1, 2, 11. laudes Capitolini Jovis perpetua sacri certaminis materia 3, 7, 4. orationis duo genera, altera perp., altera concisa 2, 20, 7 *v.* Oratio. in perpetuum 2, 4, 40.

Perplexus. perplexa discernere 12, 2, 10. neque tam perplexa aut tam numerosa sunt, quae premunt 12, 11, 12. causa difficili atque perpl. 11, 1, 63. *cf.* 4, 1, 62. p. magis controversiae 2, 10, 9. p. magis expositio 4, 1, 79. institutionis tam numerosae atque perpl. 8, Pr. 2.

Perpluo. cum coenaculum ejus perplueret 6, 3, 64.

Perpolio. quod literae perpolierunt 2, 12, 8.

Perpoto. in balneis perpotare 1, 6, 44.

Perquam. p. breves 11, 3, 137. p. exiguus 2, 17, 28. p. multa 12, 10, 52. p. pauca 8, Pr. 5. p. recentia 8, 3, 34. p. tenui 9, 1, 3; p. raro 4, 1, 11.

Perquiro. animalium satorumque naturas omnes perquireret 12, 11, 22.

Perscribo. si ad exemplar primi libri bellum Siculum perscripsisset 10, 1, 89.

Perscrutor. sic causam perscrutatus 12, 8, 15.

Perseco. persecuisti reip. vomicas *vet. orat.* 8, 6, 15.

Persequor. I) quae (*vestigia*) persecuti 2, 6, 5. cum paene ipsam verborum copiam persequantur (*manus*) 11, 3, 85. velut praeformatas infantibus literas persequentium 5, 14, 31; quae (*vitia*) robustum quoque et jam maximum regem ab illa institutione puerili sunt persecuta (*Sp.* pros.) 1, 1, 9 *Z.* Aeolicae literae, etiamsi forma a nobis repudiata est, vis tamen nos ipsa persequitur 12, 10, 29; dum laudis falsam imaginem persequuntur (*a. l.* seq.) 5, 8, 1. Ego autem ne scribendum quidem puto, quod non (*Sp. om.*) simus memoria persecuturi (*a. l.* pros.) 10, 7, 32 *N. et S.* neque enim vim summam dicendi infelix usque ad ultimum solicitudo persequitur 12, 10, 77 *S.* II) *dicendo:* hoc dicturos adversarios et ita persecuturos 5, 13, 48. quae omnia persequi prope infinitum est 11, 3, 121. *cf.* 10, 1, 37. quas persequi longum est 8, 3, 46. *cf.* 10, 1, 118. quae si persequamur, nullus erit modus 5, 10, 91; quis erit modus, si et illos, et qui postea fuerunt *etc.* (*om. persequar*) 10, 1, 38. onerabo librum exemplis, si persequi voluero singula veterum 6, 3, 65. persequi quidem, quod quisque unquam vel contemtissimorum hominum dixerit *etc.* 1, 8, 18. *cf.* Pr. 25; neque in gestu persequemur omnes argutias 11, 3, 181. nec causas, cur quidque accidat, persequi, proposito operi necessarium est *ib.* 16. omnes (*fines*) quidem persequi nec attinet, nec possum 2, 15, 37. finis non erit, si singulas corruptorum persequar formas 8, 5, 25. nunc genera ipsa lectionum persequor (*a. l.* persequar) 10, 1, 45. nec omnes mihi persequi materias in animo est, nec omnes

(*Sp.* communes sunt) earum quaestiones 7, 4, 40 *Z.* materiasque ipsi fingunt et ad morem actionum persequuntur 4, 1, 43. illa exercitatio totas materias vel silentio persequendi 10, 7, 25. non sunt singulae species persequendae 6, 1, 5. *cf.* 6, 3, 35. 7, 9, 13; nunc eamus per singulas causarum judicialium partes, quas ut persequi ad ultimam speciem non possum *etc.* 7, 1, 64.

Perseverantia. cum praesertim quorund. probatio sola sit in asseveratione et perseverantia 4, 2, 94.

Persevero. *α*) si perseveraverint (*optt. Codd.* perseverarint), reprehensio facilior 5, 7, 14 *Z.* Ligarium perseverasse 11, 1, 80. in nullum jam proprium usum perseveramus 6, Pr. 16. si viribus deficiemur, animo perseverandum est 4, Pr. 7; ap. eos (*praeceptores*) juvenes etiam facti perseverant 2, 2, 3. in labore uno perseverare 1, 12, 4. perseveraverit in eo, quod coeperat, an aliquid dolore mutarit 5, 4, 2. in hac opinione perseverantes 12, 10, 27; perseverantibus studiis *ib.* 79. *β*) *seq. Inf.:* ut remedia perinde perseverent adhibere vel desinant 6, 4, 19. ipsi perseverarunt (*a. l.* — eraverunt) ire 7, 1, 30. *cf.* 3, 8, 19. ideoque ea, quae proprie signari poterant, circuitu coeperint enuntiare, ac deinde perseverarint 12, 10, 16 *N.*

Persolvo. Et persolverunt (*sc. partem petitam*) 11, 2, 12.

Persona. I) *scenica.* *α*) scenicis actoribus ead. vox plus sub persona valet 6, 1, 26. *β*) aliena p. 4, 2, 103. *v.* Alienus. p. comica 11, 3, 79. tragoediae scriptores clarissimi — auctoritate personarum *etc.* 10, 1, 97. vel parum conveniens personae risus 11, 3, 180. personam Herculis et cothurnos aptare infantibus 6, 1, 36. histriones, cum ex aliquo graviore actu personam deposuissent 6, 2, 35. cum per omnes et personas et affectus eat (*comoedia*) 1, 8, 7. in iis, quae ad scenam componuntur, fabulis artifices pronuntiandi a personis quoque affectus mutuantur 11, 3, 73. major in personis observatio est apud tragicos comicosque 11, 1, 38.

II) *generaliter.* *α*) *c. Adj.:* certis destinatisque p. 3, 6, 57. alias certam, alias incertam p. 7, 2, 9. *cf.* 3, 5, 18. 9, 2, 37. conjunctas maxime p. 6, 2, 14. p. convenientes iis, quae facta credi volemus 4, 2, 52. p. favorabiles 7, 1, 43. p. finitarum 3, 5, 18. velut latens p. 3, 5, 9. p. potentes 9, 2, 68. p. propriae 3, 5, 8. *β*) *c. Genit.:* duae simul hujusmodi p. Ciceroni obstiterunt, M. Catonis, Serviique Sulpicii 11, 1, 69. adversarii p. 4, 1, 14. a nostra et ab ejus, qui dissentit, p. 3, 8, 8. p. magnae — regum, principum, populi, senatus *ib.* 61. quae sit suadentis p. 12, 10, 56. *v. infra.* *γ*) *Nominat.:* alii novem elementa posuerunt: Personam, in qua de animo, corpore, extra positis quaeratur 3, 6, 25. in discendo rimari necessarium est, quae p. *etc.* 12, 8, 14. si forte sit ejus p. talis, ut illi debeatur reverentia 6, 1, 50. in qua (*materia*) nulla varietas, nullus affectus, nulla pers. *etc.* sit 10, 1, 55. ut rei pondus etiam p. confirmet 8, 5, 8. prout quaeque res ac persona desiderat 6, 3, 104. si p. obstaret rectae orationi 9, 2, 79. tam salse quam severe dicendi (*species*), quas praestat pers., locus *etc.* 3, 10, 1. nisi si tamen p. nos prohibebit 6, 1, 34. cum in loca aliqua post tempus reversi sumus — personae subeunt *etc.* 11, 2, 17. *δ*) *Genit.:* complexus rerum personarumque 2, 1, 9. *v.* Complexus. differentia personarum 12, 10, 70. p. discrimen *ib.* 44. in personae fictione 9, 3, 89. 11, 1, 39. rerum, personarum, vocum imagines 9, 2, 33. personarum non est triplex ratio, ex litigatore, et adversario, et judice 4, 1, 6 *Z.* personae reverentia *ib.* 76. *ε*) *Dat.:*

ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus (*Menander*) 10, 1, 69. *cf. ib.* 101. 11, 1, 2. dicacitas scurrilis huic pers. (*i. e. oratori*) alienissima 6, 3, 29. personis applicantur non pignora modo, sed propinquitates, amicitiae *etc.* 4, 1, 30. quid p. cuique convenerit 1, 8, 17. *cf.* 3, 8, 51. reddit personis debitam dignitatem 10, 1, 62. *cf.* 11, 1, 66. aliquid commendantium personis dabit 12, 7, 5. ne alienae p. vocem demus 4, 2, 103. fictam orationem induere personis 4, 1, 28. ζ) *Accusat.:* hae, personis modo adjectis, suasoriae erunt 2, 4, 25. p. Herculis aptare infantibus 6, 1, 36 *N.* cui sententiae p. L. Crassi assignando 10, 3, 1. quid p. deceat 10, 3, 15. suadendo, objurgando *etc.* pers. idoneas damus 9, 2, 30. p. induat judicis 12, 8, 15. *v.* Induo. invadent p. favorabiles 7, 1, 43. omniaque — personae, quaestiones *etc.* habenda in oculis 10, 7, 15. p. saepius decoris gratia intuemur 3, 8, 35. ut Antonii p. servetur 2, 17, 6. plures subire p., patrum *etc.* 10, 1, 71. a se parasiti p. esse susceptam 4, 2, 95. p. propter aliquam causam transferuntur 3, 6, 70; cujus p. tuebimur 7, 1, 39. (*vox*) interim ad rem relata, interim ad pers. 8, 5, 3. *cf.* 3, 5, 13. equidem et in pers. incidi tales, et in rem quoque 9, 2, 73. in aliam rursus ei (*advocato*) pers. transeundum est 12, 8, 10. η) *Ablat.* a) (*ironia*) aut pronuntiatione intelligitur, aut persona, aut rei natura 8, 6, 54. cum etiam testium personis aliqua mutentur 12, 10, 56. cujus (*Socratis*) pers. videtur Plato significare, quid sentiat 2, 15, 26. litigatoris an advocati sit pers. utendum 4, 1, 46. nostra p. utimur pro aliena 9, 3, 22. *cf.* 1, 8, 3; aliena (*a. l.* sub al.) p. dicit 11, 1, 21. id Cic. sua ipse p. praecipit 10, 5, 2. Et ipse Cic. (*Sp. inser.* in) sua p. virtutem eam appellat 2, 20, 10. b) *post Praepositt.:* quantum fuerit illis viris decoris in rebus atque personis 10, 2, 27. *cf.* 10, 1, 27. rem ipsam probare in qualicunque pers. 11, 1, 73. quamvis in multis p. causa tamen una 3, 10, 2. *cf.* 7, 2, 38. de p., ea (*pars*) ostenditur laudativa 3, 6, 56. nonnunquam de personis quaeri 2, 4, 19. de pers. judicatur, sed de rebus contenditur 10, 5, 13. *v.* Locus; benevolentiam a pers. ducimus 4, 1, 6. in primis argumenta a p. ducenda 5, 10, 23. *cf.* 7, 2, 31; firmiores ex sua cujusque p. probationes 5, 12, 13. omnes adhuc quaestiones ex p. petitoris duximus 7, 1, 54. quae vel extra causam ex personis occasionem clamandi largiantur 12, 8, 2. interim ex persona probatio rei petitur 7, 2, 15. quid in quemque testium dicendum sit, sumi nisi ex ipsorum pers. non potest 5, 7, 25. ex pers. trahitur affectus 6, 1, 26; hoc magis minusve vitiosum est pro pers. dicentium 11, 1, 27.

III) *grammatica:* in verbis quis est adeo imperitus, ut — personas *etc.* ignoret 1, 4, 27. soloecismi per personas 1, 5, 41. verba prima p. litera o terminata 1, 6, 15. quaed. (*verba*) tertiae demum p. figura dicuntur 1, 4, 29.

Perspicio. in quo studium ingeniumque perspexerit 1, 2, 16. *cf.* 1, 3, 1, qui naturae vim omnem penitus perspexerit 12, 2, 4. utilitate perspecta 2, 20, 8; ex vultu ingressuque perspicitur habitus animorum 11, 3, 66; non satis perspiciat, quantum natura humani ingenii valeat 1, 12, 2. ut perspiciat, quae quisque (*praeceptor*) et quomodo laudet 2, 2, 13. *cf.* 1, 3, 6 *Z.*

Perspicue. Latine perspicueque dicendo 8, 3, 3.

Perspicuitas. oratio, cujus summa virtus est persp. 1, 6, 41. *cf.* 2, 3, 8. 8, 2, 22. rerum persp. quo modo praestanda sit 8, 2, 22. perspicuitatem propriis, ornatum translatis verbis magis egere 8, 3, 15

v. Ornatus. evidentia subjici perspicuitati potest 4, 2, 64 *v.* Evidentia. De perspicuitate 8 Cap. 2.

Perspicuus. ea distincta ac perspicua debere esse 5, 14, 33. neque refert, an pro lucida perspicuam dicamus (*narrandi rationem*) 4, 2, 31. verba ut sint Latina, perspicua, ornata 8, 1, 1. *v.* Orno. mihi vero etiam planiore hac probatione videtur esse perspicuum 2, 20, 5.

Perstringo. hunc locum breviter in tertio libro perstringit 11, 1, 4.

Persuadeo. α) *simpliciter.* a) cum interim persuadere deforme sit 11, 1, 11. pronuntiatio conciliet, persuadeat, moveat 11, 3, 154. hos (*affectus*) imperare, illos persuadere 6, 2, 9. delectatione persuadent (*sententiae*) 12, 10, 48. b) *Gerund.:* persuadendi artifex 2, 15, 18. quand. pers. deam 10, 1, 82. rhetoricen pers. opificem 2, 15, 4; non persuadendi sed bene dicendi finem in oratore servandum 11, 1, 11. ut pers. ratio ardua, ita dicendi expeditissima *ib.* 75. pers. vis affirmatione (*constat*) 11, 3, 154. aut in persuadendo, aut in dicendo apte ad persuadendum, positum orandi munus sunt arbitrati 2, 15, 3 *Z. cf. ib.* 5. *v.* Finis II. β) *c. Obj.* a) ad persuadendum id, quod intenderis 5, 11, 6. multum refert non solum, quid dixerint, sed etiam quid persuaserint summi auctores 1, 6, 42; non persuasi Thebanis 9, 3, 55. persuadendum judici est 7, 3, 15; nobis ea accidisse credamus, atque id animo nostro persuadeamus 6, 2, 34. utrum igitur hoc melius bonus vir persuadebit an malus 12, 1, 11. quae melius persuadebit aliis, qui prius persuaserit sibi *ib.* 29. non me haec serius demonstrare aliis, quam mihi ipse persuaserim 3, 6, 65. quam (*artem*) nihil putat doctis persuasuram 2, 15, 10. nec *collos* mihi Calvus persuaserit 1, 6, 42; illi subtiles, ut similes ac multos persuaserunt, magistri (*a. l.* et multi, *Burm. conj.* ut sibi ac multis; *recepta omnino non est ferenda*; *fort. legendum:* ut similibus multis *aut* ut similia multis) 12, 10, 51 *N. cr.* b) *seq. Acc. c. Inf.:* persuasitque, nihil esse ad praesentem rerum statum utilius 6, 1, 35. neque enim mihi Cic. persuaserit, Lysiam *etc.* parum studiosos ejus fuisse 9, 4, 16. Solitaurilia jam persuasum est esse Suovetaurilia 1, 5, 67. eruditissimo cuique persuasum est *etc.* 9, 4, 9. neque id statim legenti persuasum sit, omnia, quae magni auctores dixerint, utique esse perfecta 10, 1, 24; facile persuadebit sibi, ut tempora, quae spectaculis *etc.* conterunt, geometrae potius ac musico impendat 1, 12, 18.

Persuasibilis. argumenta pers. 2, 21, 2. quid in quaque re possit esse persuasibile 2, 15, 16. omnia in oratione persuasibilia *ib.* 13. *cf.* 17. 21.

Persuasibiliter. Hermagorae, qui finem ejus (*rhetorices*) esse ait, p. dicere 2, 15, 14. *Cels. ib.* 22.

Persuasio. α) *c. Adj.:* arrogans de se p. 2, 4, 16. popularis p. 2, 15, 19. 5, 11, 37. publice recepta p. 3, 7, 23. *cf.* 2, 8, 6. hinc tumor et vana de se pers. 2, 2, 12. β) *c. Genit.:* illorum pers., qui — credunt 2, 3, 1. Plinii Secundi, docti hominis, persuasionem 11, 3, 143. earum pers. nationum, quae fletibus natos prosequuntur 5, 11, 38. pers. patrum numerantium potius declamationes, quam aestimantium 10, 5, 21. *v. infra.* γ) *per varios casus:* pervasit jam multos ista pers., ut putent 8, 2, 21; non fuit hoc utile persuasioni, sed, quod est majus, homini fuit 11, 1, 11; fingendis aut nostris aut alienis pers. 6, 3, 89. qui falsam sibi scientiae pers. induerunt 1, 1, 8. nec facile inculcatas pueris pers. mutaveris 3, 1, 6. in hanc pers. ducti 4, 1, 63; quae persuasione, etiamsi non omnium hominum, ejus

tamen civitatis in mores recepta sunt 5, 10, 13. *cf.* 5, 11, 37. qui ab hoc prope publico more privata pers. dissentiant 1, 2, 2. illi pers. sua fruantur 11, 3, 11. injustum persuasione labi (*moderate dictum*) 11, 1, 90. tumescit inani pers. 1, 2, 18. a suscepta semel persuasione discedere 12, 2, 26. vis eloquendi cum quad. pers. 2, 15, 22. mihi in illa vetere pers. permanenti 3, 4, 4.

Persuasu. casu an hujus persuasu et inductu *Cic.* 5, 10, 69.

Pertendo. ut innocentem in tormentis se pertendat (*a. l.* praetendat) 9, 2, 83 *N.*

Pertimesco. brevem negligentiae reprehensionem non pertimescere 5, 13, 10.

Pertinacia. sequitur in iis, quae certum est effici non posse, deformis pert. 12, 1, 13.

Pertinaciter. opinionibus p. tuendis 8, Pr. 4. magis p. haerent, quae deteriora sunt 1, 1, 5. cui (*sermoni*), cum Graecae figurae assidua consuetudine haeserunt, in diversa quoque loquendi ratione pertinacissime durant *ib.* 13.

Pertinax. pertinacem ultra modum tenacem esse propositi (*moderate dictum*) 11, 1, 90. in hoc solo vel paulo pertinaciorem, vel credulum *etc. ib.* 71; spiritus cum spatio pertinax tum labori non facile cessurus 11, 3, 40. haec ipsa sine studio pertinaci, scribendi *etc.* multa et continua exercitatione per se nihil prosunt Pr. 27.

Pertineo. I, *α*) quo enim prius pertinere 4, 5, 13. huc pertinebunt probationes 7, 3, 28. huc (*a. l.* ad hoc) pertinet clipeus Achillis 8, 4, 24. *β*) *adjic. ad.* a) ejus, quod ad animum pertinet, naturam 11, 2, 5. pertinere ad causam, quidquid ad dicentem pertinet, 4, 1, 12. *cf.* 5, 13, 16. ad eventum pert., non ad causam 3, 6, 73. quae neque ad judicem neque ad litigatorem pert. 12, 8, 3. non ad suum officium pertinere Pr. 4. ut non solum, quae ad philosophos atq. oratores pertinent, scientia complecteretur 12, 11, 22. *cf.* 1, 10, 46. 2, 1, 12. si ad rem pertineret 2, 11, 1. quidquid ad aliquam partem scientiae pert. 10, 1, 42. quod ad scriptum vocemque pert., in utramque par est partem 7, 9, 14. Quod ad nationes exteras pert., Cic. varie: 11, 1, 89. ad quem hoc pertinet 1, 4, 17. b) *c. certo Subj.*: bona ad me pertinent 5, 14, 15. ut laboris mei fructus ad me pertineret 6, Pr. 2. ad servum nulla lex pert. 7, 3, 27. *cf.* 7, 7, 7 *v.* Lex. si inde coeperimus rem exponere, unde ad judicem pert. 4, 2, 40; lex de expositis ad affectum pert. 7, 1, 15. Tempus *etc.* ad causam extra pert. 4, 1, 31. ungues polire *etc.* non ad curam suam pertinere 8, Pr. 22. ad ἕξιν maxime pertinebit unus Archilochus 10, 1, 59. cur non ad literas jam pertineat aetas, quae ad mores pert. 1, 1, 17. figurae, quae ad mentem pert. 9, 1, 19. ad qualitatem quoque frequenter pert. locus 5, 10, 40. studiorum initia pertinere ad summam 1, 1, 23; expositio et argumentatio ad docendum pertinent 8, Pr. 7. intentio vocis *etc.* pertinet ad movendos audientium affectus 1, 10, 25. c) *adj. Attributo:* quid haec ad praesens propositum magnopere pertineant 5, 11, 31. minime pertinere ad probationem, qua figura quidque dicatur 9, 1, 19. thesin nihil ad oratorem pertinere 3, 5, 14. *cf.* 8, 6, 2. 10, 4, 4. quod ad propositum nostri operis nihil pertinet 2, 19, 1. *cf.* 7, 3, 23. 11, 1, 63. nihil ad rem pertinere, cur fecerit 7, 2, 36. ea proprie ad artem oratoriam pertinere Pr. 11. quod ad scholas pertineat proprie 2, 10, 15. quae in commune ad omnes quaestiones pertinent

5, Pr. 5. quantum ad alios pertineat 8, 2, 19. quantum ad cognitionem pertinet rerum 12, 4, 2. *γ) seq. ut:* ut gratus sit, ad eum magis pertinet, qui debet 12, 7, 12. quae omnia eo pertinent, ut appareat, non utique narrare eum *etc.* 4, 2, 19. *cf.* 82. 12, 2, 6. neque hoc eo pert., ut in his nullus sit ornatus, sed uti pressior et severior *etc.* 8, 3, 13. Quod autem posui, referre, quo quidque accusator modo dixerit, huc pertinet, ut — ipsa ejus verba ponantur 5, 13, 25. II) *Partic.:* multa ad eand. rem pertinentia 9, 4, 1. extrinsecus pertinentia ad deliberationem 3, 8, 11. finitio supervacua et nihil ad causam pertinens 7, 3, 20. pert. ad se laborem 2, 1, 5. pert. ad figuras liber 9, 1, 1. locum ad alias quasi virtutes dicendi pert. *ib.* 36. pert. ad causam sed non ipsius causae narrationes 4, 2, 17. ex opinionibus ad causam extra pert. 4, 1, 50. ad id pert. praecepta 6, 3, 11. res pert. ad exemplum 4, 1, 33. est et alius ex historiis usus, sed non ad praesentem pert. locum 10, 1, 34.

Pertracto. poëtica themata pertractare 2, 10, 5. omnis honesti justique disciplina pertractanda 12, 2, 1. quidquid erit sententiis populare *etc.*, velut institor quidam eloquentiae intuendum et paene pertractandum dabit 8, 3, 12.

Perturbatio. militum p. 3, 8, 21. p. mentis 9, 3, 47. affectus excludendos putabant, quia vitium esset omnis animi pert. 5, Pr. 1. [hos (*affectus commotos*) ad pert., illos ad benevolentiam praevalere 6, 2, 9 *v.* Perlatio.]

Perturbo. varia permutatione perturbent (*literas*) 1, 1, 25. somnos illa per quietem visa perturbant 12, 1, 6.

Pervado. quod vitium pervasit 11, 1, 56; pervasit jam multos ista persuasio 8, 2, 21.

Pervenio. *α) de personis.* a) *Act.:* eadem ratione Pisistratum ad dominationem pervenisse 5, 11, 8. quibus pervenisse me ad aliquod nomen ingenii 6, 2, 36. neque aliter pervenire ad intellectum sequentium 1, 4, 23. ad infinitum usque perveniat 11, 2, 41. excutere, quidquid dici potest, et, velut rejectione facta, ad optimum pervenire 7, 1, 34. in Partitionibus oratoriis ad easd. quinque pervenit partes 3, 3, 7. *cf.* 3, 6, 49. alii pervenerunt usque ad octo (*status*) 3, 6, 55. cum ad eas in studiis vires pervenerit puer 2, 2, 1; quomodo pervenire quolibet licet 5, 10, 84; *seq. in:* in crastinum diem perventurum 5, 10, 16. in sublime et ad summum non pervenit nisu sed impetu 8, 4, 9. qui pervenit in summum 12, 10, 78; *seq. ut:* aliquo circuitu ad id pervenire, ut illi, quod maxime dicere voluit, videatur expressum 5, 7, 16. pervenire eo debet, ut cogitatio non utique melior sit ea sed tutior 10, 7, 79. Pergamus, sic perveniemus eousque, ut stella luminis stilla dicatur 1, 6, 35. b) *Pass.:* illa, per quae ad eloquentiam pervenitur 2, 3, 5. ita perveniri ad speciem non potest 3, 5, 13. *cf.* 5, 10, 56. nec ad ullius rei summam, nisi praecedentibus initiis, perveniri Pr. 5. *cf.* 10, 1, 4. non perveniri potest ad hanc vim 10, 6, 2. quo sit et qua perveniendum 10, 7, 5. *β) de inanimis:* ut ad eam bona per hoc tacitum fideicommissum pervenirent 9, 2, 74. pervenisse ad Rabirium pecuniam 4, 2, 10. si qua ex nobis ad juvenes bonos pervenire posset utilitas 6, Pr. 1; nihil eorum ad animum perveniet 10, 3, 28. ingeniorum praecox genus non temere unquam pervenit ad frugem 1, 3, 3. ut tunicae posterioribus (*oris*) ad medios poplites perveniant 11, 3, 138. res ad id, quod volunt efficere, perveniat 5, 7, 28. pervenit res usque ad aenigma

6, 3, 51. perv. haec res (*a. l.* species) frequentissime ad risum 8, 6, 73; quia nec sit vox illa turpis, et, si qua est rei deformitas, alia quoque appellatione quacunque ad intellectum eund. nihilominus perveniat (*Spald. intelligi jubet vox, sed melius repetes ex praecedentibus res*) 8, 3, 39 *N.*; eo tamen pervenit (*vis*), ut is — tantum consequatur *etc.* 10, 6, 4.

Perversitas. molestissima diligentiae perversitate 1, 6, 17.

Perverto. *α*) aliquos et ambitio pervertit 12, 8, 2. *β*) *Partic.:* emutatis in perversum dicendi (*Sp.* dictis de) figuris 8, 2, 19. illa (*Sp. inser.* in) jactatione perversa (*Neutr. pl.*) 11, 1, 21 *N.* perv. ambitio 10, 7, 21.

Pervicax. culpa quorund. pervicacium 1, 5, 17. prudens et constans (*testis*) vel tanquam inimicus et pervicax dimittendus statim 5, 7, 26.

Pervideo. hoc qui perviderit 1, 1, 3. facile pervidebimus, quod in eo est 5, 10, 22. haec si perviderimus (*a. l.* praev.), tum vere imitabimur 10, 2, 27. non pervident rationem 2, 10, 7.

Pes. I) *in corpore.* *α*) *Nominat.:* ne pes quidem (*citharoedi*) otiosus 1, 12, 3. currentium pes, etiamsi non moratur, tamen vestigium facit 9, 4, 67. aequi et diducti paulum pedes, vel procedens minimo momento sinister 11, 3, 159. obliqui pedes *ib.* 127. juncti pedes 2, 13, 9; *de mensura:* deni in quadram pedes 1, 10, 43. *β*) *Genit.:* pedis supplosio, 11, 3, 128. *v.* Supplosio. pedum et digitorumictu intervalla signant quibusd. notis 9, 4, 51. *γ*) *Accusat.:* terrae pedem incutere 2, 12, 10. p. alterum longe proferre 11, 3, 160. dexter p. a. laeva judicis sedenti proferendus est *ib.* 135. *cf.* 125. 1, 11, 16. in dextrum (*p.*) incumbere (*a. l.* proc. *al.* rec.) 11, 3, 125. male in sinistrum p. insistentium dexter aut attollitur, aut summis digitis suspenditur *ib.*; *transl.:* ped. conferre cum singulis 5, 13, 11. ab iis, quae non adjuvant, quam mollissime ped. referre 6, 4, 19. *δ*) *Ablat.:* in pedibus observatur status et incessus 11, 3, 124. pedibus aeger 6, 3, 77. vacillatio alternis p. insistentium *ib.* 128; in his actionibus, ut agricolae dicunt, omni pede standum est 12, 9, 18 *N.* II) *in rhythmo.* *α*) *c. Adj.:* aliquos compositionis certos p. 10, 2, 13. difficiliores p. 9, 4, 20. p. faceti ac deliciis ingredienti molles *Brut.* 6, 3, 20 *v.* Deliciae. narratio fere tardiores atq., ut sic dixerim, modestiores desiderat p., et omnibus (*Buttm. conj.* omnium) maxime mixtos 9, 4, 134 *N.* *cr.* metrici p. reperiuntur in oratione *ib.* 52. parvi p. vim detrahunt rebus *ib.* 6. *β*) *Nominat.:* sunt quasi latentes sermonis percussiones et quasi aliqui pedes, ad quos plurimorum gestus cadit 11, 3, 108. quasi ullus esset pes, quem non sit necesse in oratione deprehendi 9, 4, 87. quum constent quattuor ped. binis, octo ternis (*sc. syllabis*) *ib.* 80. *v.* Numerus. pes mihi tris syllabas non videtur excedere *ib.* 79. plerique ex commissuris vel divisione (*verborum*) fiunt p. *ib.* 90. *cf.* 61. horum ped. nullus non in orationem venit *ib.* 83; (*in palaestra*) certi quid. pedes *ib.* 8. *v.* Motus. *γ*) *Genit.:* in dimensione pedum 9, 4, 85. ne inaequalitate horum omnium, sicut pedum, claudicet (*sermo*) 11, 3, 43. modulatione ped. 1, 6, 2. certam ped. necessitatem 10, 1, 29. ped. proprietates 1, 8, 13. signa ped. non minus saltationi quam modulationibus adhibet musica ratio numerorum 9, 4, 139. *δ*) *Accusat.:* unone verbo sint duo p. comprehensi, an uterque liber 9, 4, 97. hic singulis verbis bini p. continentur *ib.* 65. dimetiendis ped. *ib.* 112. ut alios p. eligerent, aliosque damnarent *ib.* 87. illud quoque solutum habet suos

quosd. p. *ib.* 20. sex pedes tres percussiones habet (*trimetros*) 9, 4, 75 *Z.* neque vero tam sunt intuendi pedes quam universa comprehensio *ib.* 115. p. sibi ipse jungitur *ib.* 103. alium pro alio pedem metrorum ratio non recipit *ib.* 49. mox in eo (*poemate*) repertos p. *ib.* 114; non enim ad pedes verba dimensa sunt *ib.* 27. ea duplex observatio, altera, quae ad pedes refertur, altera, quae ad comprehensiones, quae efficiuntur ex pedibus *ib.* 121. cum in eosd. ped. quis incurrit 9, 1, 11. in eosd. semper ped. ire 9, 4, 142. *ε*) *Ablat.:* quod duobus pedibus et parte πενθημιμερὲς a Graecis dicitur 9, 4, 78. quod constat utrumque pedibus *ib.* 45. omnib. ped. (*a. l.* partibus) insurgunt (*iambi*) *ib.* 136. quae efficitur e pedib. aequa conclusio *ib.* 57. Est igitur in pedib. (*compositio orationis*) *ib.* 52. *cf.* 139.

Pessumdo. quenquam hominem ita pessumdare alterum (*Sp. inser.* verbis) velle, ut etiam navem perforet, in qua ipse naviget *Cic.* 8, 6, 47.

Pestilentia. (*vana declamationum materia*) 2, 10, 5 *N.* Unde quid ortum? ut pest. 7, 2, 3. in pest. 5, 10, 42. ille in pest. comissator 3, 6, 26 *N.*

Pestis. pestem intestinam propulsare cum propugnatoribus patriae comparandum 12, 7, 3.

Petitio. I) *in re forensi:* idem status, qui in petitione abdicati 3, 6, 101. *cf.* 103. petitionum invicem diversarum 3, 10, 4 *N.* quod in foro modo petitionum dijudicatur 7, 1, 37 *N.* Nam sic diversae propositiones erunt, quod idem de petitionibus dictum sit *ib.* 9. II, *α*) *i. q.* *optio:* p. pecuniae 4, 4, 6. utra prior sit — utra justior p. 7, 7, 3. *cf.* 3, 10, 4 *N.* *β*) *muneris:* se studuisse petitioni Sulpicii contra honorem Murenae 11, 1, 69. quibus meritis fretus ad petitionem descenderit 4, 2, 15.

Petitor. *in re forensi i. q.* *accusator:* 3, 6, 85. 95. 5, 13, 45. subjecti petitoris 4, 2, 96. protinus a petitore primo loco 4, 1, 24 *N.* cum pro pet. dicunt 4, 2, 29. id a pet. semper fieri potest, a defensore non semper 4, 2, 132. an petitorem calumniari, an reum infitiatorem esse (*credibile sit*) 7, 2, 50.

Peto. I) *c. Obj.* *α*) *de personis.* a) *Act.:* tela supervacua sunt nescienti, quid petat 5, 10, 109. aliud ostendisse, quam petas, artis est (*in exercitatione armorum*) 9, 1, 20; quid mali petant, quid milites, quid rustici 5, 10, 17. quod magis petimus 12, 11, 31. ut aliud agi, quam quod petimus, putet (*judex*) 4, 5, 5. plus in eo, quod petimus, sit commodi; an vero in eo, per quod petimus, incommodi? 3, 8, 34. quando id praestiterit, quod advocatus petiit 7, 1, 61. cur, quod sum petiturus — non consequar? 4, 2, 112. quae accusantium ac defendentium, ead. petentium et infitiantium ratio est 7, 2, 27; ut impense petierit, uti subsellia in forum transferrentur 10, 5, 18. alio bello petierat, ut militia vacaret 9, 2, 85; qui acclamationem non petierit 8, 5, 14. petit accusationem in Verrem Q. Caecilius 5, 13, 18. tanquam filius petebat bona 7, 2, 4. caput alterius juste petere 6, 3, 28. incommoda vitantis melior quam commoda petentis est causa 7, 4, 10. ut conatum longius petant 10, 3, 6. petere custodes salutis suae 5, 11, 8. apud praetorem petere fideicommissum 3, 6, 70. qua mente Pyrrhus foedus petat 7, 2, 6. quod invito patre honores petierit 7, 4, 4. vir fortis impunitatem petit 7, 7, 6. jugulum petere 8, 6, 51. in ceteris judicium doctorum, in hoc vero etiam popularem laudem petit 8, 3, 2. ipsam orandi majestatem toto animo petamus 12, 11, 30. neque tam stultum quenquam, qui, si vivere vult, mortem potius male petat, quam omnino non petat 9,

2, 87. *cf.* 4, 4, 6. petit optionem 7, 8, 4. L. Galba pilam negligenter petenti, Sic, inquit, petis, tanquam Caesaris candidatus. Nam illud petis ambiguum est 6, 3, 62. plausum petat 4, 1, 77. an ullo (*praemio*) sit dignus, qui petit 7, 4, 21. provinciam ambitiosissime petierat, deinde impetrata ea 6, 3, 68. si unam rem plures petunt 3, 6, 95. *cf.* 12, 11, 10. medicus sanitatem aegri petit 2, 17, 25. sententiae, quas solas petunt 2, 12, 7. si is, cui argentum omne legatum est, petat signatum quoque 5, 10, 62. cum somnum peterent 9, 4, 12. veniam petere 6, 2, 15. pituitam, quia petat vitam 1, 6, 36. orator simile tantum veri petit 2, 15, 32. voluptatem audientium petere 5, Pr. 1. salutarem petentibus vocem 10, 7, 2. b) *Pass.:* petitur ad supplicium 7, 6, 6. petuntur in vincula 7, 1, 55; quid satis recte cavetur ac petitur (*in palaestra*) 9, 4, 8. cetera parum vitantur, hoc petitur 8, 3, 57. quae tota extra rem petita sunt 4, 2, 89. cum ea, quae praedicta sunt ab accusatore, jam, si pro reo petentur, non sint nova (*Sp. frustra utrumque verbum tentat*) 6, 1, 20 *N.*; illic probatio petitur, hic amplificatio 8, 4, 12. eand. (*admirationem in eloquentia*) petendam maxime 8, 3, 6. neque, quia sit honesta *etc.* eloquentia, petitur ipsa 1, 12, 16. cum etiam in Panegyricis petatur audientium favor 3, 8, 7. inclinatio judicum ad nos petitur initio parcius 6, 1, 10. sola melius dicendi petitur occasio 9, 2, 96. quo quaeque (*oratio*) longius petita est 8, 3, 74. esset orationis schema vitium, si non peteretur, sed accideret 9, 3, 2. cum immodice petantur (*figurae*) *ib.* 100. quae (*transgressiones*) in hoc ipsum petuntur 9, 4, 28; quod velit petendi 7, 7, 2. petendi consulatus 11, 1, 69. petendi curatoris 7, 4, 11. risus petendi 6, 5, 58. petendumque etiam innocentibus misericordiae auxilium 11, 1, 49. propter petendos commeatus 7, 10, 13. petenda ac fugienda 3, 6, 49; longius petitum 8, 5, 20 extra petita 5, 11, 44. *cf.* 8, 5, 14. petitas vel paulo licentius voluptates 12, 10, 50. c) *adj. Ablat.:* collum amplexu petebat (*a. l.* appetebat) *Coel.* 4, 2, 124. a reo femina sua ferro petita 6, 3, 91. quid quaque parte orationis petamus 11, 1, 16. alia et collocationis et vocis modulatione concitationem judicum, alia misericordiam petimus 1, 10, 25. qui plerisque perorationibus petitur fletus 6, 2, 7. scriptum et voluntas habet in verbis vocis quaestionem: quod idem in antinomia petitur (*optt. Codd. om.* in, *quod abjiciendum videtur*) 7, 10, 2 *N.* qui hoc imitandi studio petet, ut rideatur 1, 3, 2. *β*) *de inanimis:* interim ornatum petit solum (*circuitus eloquendi*) 8, 6, 60. εἰρωνεία, quae diversum ei, quod dicit, intellectum petit 6, 2, 15. hoc exercitatio petit, hoc imitatio 8, Pr. 16. (*figurae*) brevitatis novitatisque maxime gratiam petunt (*a. l.* gratia petuntur) 9, 3, 58. *cf.* 9, 2, 93. vitiose idem (*gestus*) sinistrum quasi humerum petens, in latus agi solet 11, 3, 93. quid magis oratio quam probationem petit? 1, 10, 38. solam petit voluptatem (*poësis*) 10, 1, 28.

II) *adjecto unde petitur.* *α*) hinc patres adv. liberos *etc.* auctoritatem petunt 5, 12, 13. corporis decens et aptus motus — nec aliunde peti potest 1, 10, 26. aliunde petita, id est, ex alio loco in alium translata 8, 5, 17. undecunque petita judicis voluptas 4, 1, 49. *β*) *Praepos. ab.* a) *a personis:* plurima petamus a nobis, et cum causis deliberemus 7, 10, 10. consilium a se ipso petat 7, Pr. 4. qui, quod est in causis, potissimum sit ab altero petiturus 12, 3, 1. juste petere ea quisque videtur a judice, quae aliis ipse praestiterit 6, 1, 22. cum ab eo miles nescio quid improbe peteret 6, 3, 95. id quod est oratori necessarium, ab iis petere nimirum necesse est, apud quos remansit 12, 2, 8; auctoritas ab oratoribus vel historicis peti solet 1, 6, 2.

quibus (*libris*) aut rerum exempla ab historicis, aut dicendi ab oratoribus petuntur 12, 11, 17. ne gestus quidem omnis ac motus a comoedis petendus est 1, 11, 3. jus petitur a judice 9, 2, 90. *v.* Jus. ab ea (*matre*) poenas petere 3, 11, 12. omnes probationes aut a personis aut a rebus peti 5, 10, 102. petuntur ab utroque quadragena 7, 6, 2. argentarius ab argentario solidum petit 5, 10, 105. unus a duobus eand. rem petet 3, 10, 2. sanctitas et, ut sic dicam, virilitas ab his petenda 1, 8, 9. similitudo — non ab hominibus modo petitur verum etiam ab animalibus 6, 3, 57. cum candidatus suffragium ab alio peteret *ib.* 47. testimonium ab hoc poëta petant 10, 1, 49. a se non virtutes sed voluptatem peti 12, 11, 29. si quis desideraverit, a quo peteret, ostendi 5, 10, 18. b) *a rebus:* a capite petere, aut ad imum ventrem deducere (*manum*) 11, 3, 112; quid et a qua lectione petere possint. qui *etc.* 10, 1, 44. *cf.* 35. nec magnopere captandum, quod petitur a jurejurando 9, 2, 98. non a philosophorum scholis virtutis praecepta peterentur Pr. 17. profectus non a summo petitus 10, 3, 2. optima quaeque sententia a periculo petitur 2, 11, 3. ab his in rebus spiritus et in verbis sublimitas petitur 10, 1, 27. *β*) *Praepos. ex:* ex se ipso argumentum petit 11, 1, 28 *v.* Argumentum. aut ex aliis risum petimus, aut ex nobis, aut ex rebus mediis 6, 3, 23. ex persona probatio rei petitur 7, 2, 15; quid ex ea (*musice*) proprie petat futurus orator 1, 10, 22. si quis id ipsum petat ex his, quae inde contraxerit, quod non intelliguntur 8, 2, 12. ex aliis locis petimus, et inventis vim afferimus 8, Pr. 22. in quibusd. ex periculo petitis 10, 1, 121 *v.* Periculum. sedes argumentorum, ex quibus sunt petenda 5, 10, 20. sibi auxilia ex ipsis sapientiae penetralibus petit 12, Pr. 3. benevolentia judicis petenda ex aliis partibus erit 4, 1, 25. ex quibus praeter novitatem brevitas etiam peti solet 9, 3, 12. si non ex verbis dubiis petentur (*figurae*) 9, 2, 69. fructum non ex stipe advocationum *etc.* petet 1, 12, 18. non ex iisd. partibus iram et misericordiam petet 12, 10, 70. haec amplificatio — incrementum ex minoribus petit 8, 4, 9. laus hominis ex animo et corpore *etc.* peti debet 3, 7, 12. haec (*miseratio*) ex iis, quae passus est reus, petetur 6, 1, 23. pecuniam petit ex foenere hereditario 7, 1, 19. neque ex aliis locis ratio argumentorum in hac parte peti potest 5, 13, 1. unde concilietur risus, et quibus ex locis peti soleat 6, 3, 35. veram dicendi viam velut ex oraculo petent 12, 11, 5; *huc pertinet, etsi paulo diversum:* certam creditam pecuniam peto ex stipulatione: legatum peto ex testamento 4, 2, 6.

Petorritum. (*a. l.* petoritum). *Gallicum verb.* 1, 5, 57 *N. et S.*

Petulans. p. senex 2, 4, 22. perorare in petulantem 2, 4, 22. milites dicas — petulantes 11, 1, 88. si reum caedis audacem, petulantem *etc.* ostenderit 7, 2, 28. ne fortiori subjungatur aliquid infirmius, ut latroni, petulans 9, 4, 23. ne quis nos aut petulantes in laedendis eis (*dignitatibus*) aut etiam ambitiosos putet 11, 1, 67. quis hominum liberi modo sanguinis sustineat, petulans esse ad alterius arbitrium 12, 9, 10; ne petulans, ne superbum videatur, quod dicimus 6, 3, 33.

Petulantia. in eos dicendi pet. 6, 3, 33 *N.* ne in totos ordines *etc.* pet. incurreret 11, 1, 86. robur (*argumentum*) petulantiae 5, 10, 26. petulantiam patroni litigator luit 12, 9, 9.

Pexus. *cum irrisione dictum:* ille pexus pinguisque doctor 1, 5, 14 *S.*

Philosophia. 2, 14, 3. cum sit in tres divisa partes, naturalem, mo-

ralem, rationalem 12, 2, 10. *cf.* 6, 2, 8. qua ratione se Lucretius dicit praecepta philosophiae carmine esse complexum 3, 1, 4 *N.* nec ignara philosophiae (*grammatice potest esse*) 1, 4, 4. phil. simulari potest 12, 3, 12. philosophiam ex professo ostentantibus 11, 1, 33. Idem (*L. Crassus*) confitetur, ea jam esse a phil. petenda (*i. e. quae de aequo, justo, vero, bono dicuntur*), videlicet quia magis haec illi videtur in possessione earum rerum fuisse 12, 2, 5. in philosophia parum diligens 10, 1, 129.

Philosophor. qui beatam vitam vivere volet, philosophetur oportet 5, 14, 13. philosophandum est 5, 10, 70. in scholis philosophantium (*a. l.* phi'osophorum) 12, 3, 12 *N. cr.*

Philosophus. *α* Nam certe philosophos *etc.* dicam (*Sp.* si physicos) 2, 14, 4 *N. cr. et S.* ab Aristotele, summo ejus aetatis ph. 1, 1, 23. cum philosophum dicunt, hoc accipi volunt, bonum virum 2, 21, 12. phil., qui deos agere rerum humanarum curam negarent 5, 6, 3 *N.* phil. inferiora omnia praeceptis suis credunt 5, 11, 39. administrationi reip., a qua longissime isti, qui phil. vocantur, recesserunt 11, 1, 35. non virtute ac studiis, ut haberentur philosophi, laborabant, sed vultum et tristitiam, dissentientem a ceteris habitum pessimis moribus praetendebant Pr. 15. philosophos uti rhetorum armis, non suis 12, 2, 5. non eo pertinet, ut esse oratorem philosophum velim *ib.* 6. *β*) *Genit.:* quis philosophorum aut in judiciis frequens, aut in contionibus clarus fuit 12, 2, 7. exemplis utitur philos. (*Cic.*) 5, 10, 6. quid de phil. loquor, quorum fons ipse Socrates 1, 10, 13. a phil. lectione, ut essent multa nobis petenda — vitio factum est [alio] oratorum 10, 1, 35. libri phil. sententiis poëtarum referti 5, 11, 39 *N.* qui phil. nomine male utuntur 2, 16, 5 philosophorum consultorumque opiniones legere 12, 11, 17. non a phil. scholis virtutis praecepta peterentur Pr. 17. philosophorum quibusd. nullum videtur esse verbum, quod non plura significet 7, 9, 1. *γ*) id unum epilogi genus visum est philosophis fere omnibus, qui de arte oratoria scriptum aliquid reliquerunt 6, 1, 7; apud quos (*phil.*) vitii loco est affici *ib.* quae ad phil. atque oratores pertinent 12, 11, 22. inter phil. reddendus est 10, 1, 75; paulatim a philosophis, ac maxime Stoicis, auctus est numerus (*partium orationis*) 1, 4, 19. quanquam tractetur a phil. latius (*apte dicendi locus*) 11, 1, 5.

Phonascus. non magis, quam phonasco (*satis est*), acutis tantum, aut mediis, aut gravibus sonis, aut horum etiam particulis excellere 2, 8, 15. cura non ead. oratoribus, quae phonascis, convenit 11, 3, 19 *seqq.*

Phrasis. Macer et Lucretius legendi quidem, sed non ut phrasin, id est, corpus eloquentiae faciant 10, 1, 87. *cf.* 10, 1, 42 *S.*

Physicus. Anaxagorae physici 12, 2, 22. *v.* Philosophus.

Prosa. prosa ut mucronem pro gladio, et tectum pro domo recipiet: ita non puppim pro navi, nec abietem pro tabellis 8, 6, 20. sit lectio non quidem prosae similis — non tamen in canticum dissoluta 1, 8, 2. in illo plurimum erroris, quod ea, quae poëtis permissa sunt, convenire quidam etiam prosae putant 8, 6, 17. prosa scriptum 9, 4, 52. cum hanc felicitatem non prosa modo multi sint consecuti sed etiam carmine (*a. l. bis inser.* in) 10, 7, 19. in prosa quoque est quaed. jam recepta immutatio 1, 5, 13. quod rarum in pr. est 8, 6, 35; *adject.:* si esset prosa oratio, easd. literas enuntiare veris syllabis licebat 1, 5, 18. sicut facilius versus ediscimus quam prosam orationem, ita prosae vincta quam dissoluta 11, 2, 39. *v.* Pedester.

Prosapia. ab ultimis et jam obliteratis repetita temporibus, qualia sunt prosapia *etc.* 1, 6, 40. sed prosapia (*Z. de conj.*; *Sp.* universam ejus prosapiam), insulsum 8, 3, 26 *S.*

Proscriptio. triumvirali pr. 12, 10, 12.

Proscriptus. de proscriptorum liberis 11, 1, 85.

Proscripturit. 8, 6, 32.

Prosequor. I) earum nationum, quae fletibus natos, laetitia defunctos prosequuntur 5, 11, 38. II) *transl.* *α*) unde nos non id agentes furtim decor ille discentibus traditus prosequatur 1, 11, 19. neque minores eum studiorum fructus prosequentur (*a. l.* perseq., *al.* seq.) 12, 11, 4 *N. cr.* ita nos hae imagines prosequuntur 6, 2, 30. nec tam insolita laus esset prosecuta dicentem 8, 3, 4. *v.* Persequor. prosequitur haec memoria in senectutem 1, 1, 36. *β*) *in dicendo:* ut si forte quid factum ira vel metu *etc.* dicatur, latius, quae cujusque affectus natura sit, prosequamur 5, 8, 2. materias, quas discipulis ad discendum dabant, non contenti divisione dirigere, latius dicendo prosequebantur 2, 6, 1. materias ipsi sibi fingunt et ad mores actionum prosequuntur (*Sp.* pers.) 4, 1, 43. paulatim res facilius se ostendent, verba respondebunt, compositio prosequetur (*a. l.* sequetur) 10, 3, 9. *N. cr.* nec sit tam longus (*sermo*), ut eum prosequi non possit intentio 8, 2, 14. ut, si expositio circa finem atrox fuerit, prosequamur eam, velut spiritu erumpente, protinus indignatione 4, 3, 5. qui etiam in iis, quae sunt communia — vulgatissimos sensus verbis, nisi tanto ante praeparatis, prosequi nequeant 2, 4, 28. et pulchritudinem interim roburque prosequimur honore verborum 3, 7, 12.

Prosopopoeia. *α*) his praecipue locis utiles sunt prosopopoeiae, id est, fictae alienarum personarum orationes, quales litigatorem decent vel patronum 6, 1, 25. nec prosopopoeias ad comicum morem pronuntiari

velim 1, 8, 3. idem Cic. pro Scauro ambitus reo prosopopoeia loquentis pro reo utitur 4, 1, 69. quot in causa totidem in prosop. sunt varietates 11, 1, 41. *β) de specie quad. orationum:* longe mihi difficillimae videntur prosopopoeiae, in quibus ad reliquum suasoriae laborem accedit etiam personae difficultas 3, 8, 49 *N.* quae omnia possunt videri prosopopoeiae; quam ego suasoriis subjeci, quia nullo modo ab his quam persona distat *ib.* 52 *Z.* ad prosopopoeias usque et ad suasorias irrumpunt (*grammatici*) 2, 1, 2 *N. cr.* De prosopopoeia 3, Cap. 8.

Prospectus. non minus prospectu procedamus quam gradu 10, 7, 10. velut acies luminum a prospectu rerum, quas intuetur, non aversa 11, 2, 10.

Prospere. parum id (*bellum*) prospere expertis 6, 5, 7.

Prospicio. I) *proprie:* navem prospexi 4, 2, 41. prospicere in dextrum et providere (*in lectione*) 1, 1, 34. cum ad agentem ex turba prospexisset 6, 1, 48. in locum, ex quo nihil prospici posset 1, 3, 25. II) *transl. ad animum.* α) prospicienti finem 12, Pr. 2. prope infinitum mihi laborem prospicio 4, Pr. 7. *β) cum cura quadam:* prospicere commeatus 12, 3, 5. in his (*locis*) non corpori prospiciunt, sed abrupta quaedam jaculantur 2, 11, 6 *N.* [satis ceteris praeceptis in hanc quoque partem esse prospectum (*optt. Codd.* perfectum. *Fort. verum est* profectum *Z.*) 6, 4, 1 *N. cr.*]; decet hoc quoque prospicere, ne quid pejus, quam fecerit, faciat 12, 11, 1. haec cum animadverterit, prospiciat deinceps, quonam modo tractandus sit discentis animus 1, 3, 6.

Prosterno. me fortuna ita subito prostravit 6, Pr. 2. suis viribus ipse prosternitur 2, 12, 2.

Prosto. quae filium habebat, prostare coepit 7, 6, 3.

Prosum. *α) simpliciter positum:* nec prodesse tantum sed etiam amari potest (*Cicero*) 2, 5, 20. non quia prodesse unquam satis sit 12, 11, 1. haec ipsa per se nihil prosunt Pr. 27. qui imprudens profuit *opp.* qui imprudens nocuit 5, 10, 73. *v.* Noceo. citra constantiam *etc.* nihil ars, nihil studium, nihil profectus ipse profuerit 12, 5, 2. *v.* Laedo; *praecipue in causis:* ceteris (*testibus*), qui profuerant, auferat auctoritatem 5, 7, 32. adhibenda, quae prosunt 2, 17, 29. *cf.* 4, 4, 4. 5, 7, 30. quae profutura sunt 12, 3, 4. *cf.* 4, 1, 33. si plura proderunt 4, 2, 102. nihil proderit 7, 1, 48. nescio an utrumque invicem prosit 10, 7, 29. probi mores nunquam non plurimum profuerint 7, 2, 33. sordes et squalorem scio profuisse 6, 1, 33. quod sub extrario accusatore et legibus agente prodesse nunquam potest 7, 4, 9. quod decet, fere prodest 11, 1, 8. hoc ipso proderat (*Cicero*), quod placebat 12, 10, 45. *β) c. Dat.:* terrae nullam fertilitatem habenti nihil optimus agricola profuerit 2, 19, 2. studiis scholas prodesse, moribus nocere 1, 2, 3. sic plurimum proderit causis, 6, 2, 18. quod rei prosit 5, 13, 37. quid orationi prosit (*ironia*) 9, 1, 7. illa magis finitionibus aut qualitatibus prosunt 5, 10, 89. non enim nominibus prosunt sed effectibus (*tropi et figurae*) 9, 1, 8. *γ) seq. in c. Abl. aut apud:* Quantum possis, in eo semper experire, ut prosis 9, 3, 76. quidquid in actione perpetua circa probationes utile sit, idem in hac brevi atque concisa prosit 6, 4, 2. eaque in prima parte orationis dicit, quae sunt in summa profutura 10, 1, 21. *cf.* 8, 3, 37. 11, 1, 14. mi-

nus idem proderit in ediscendis, quae *etc.* 11, 2, 24; quid quoque loco prosit 4, 2, 33; quod apud judicem dici (*Sp. om.*), priusquam causam cognoverit, prosit 4, 1, 3 *Z.* δ) *seq. ad aut in c. Accus.:* nobis usus aliarum rerum ad alias non proderit 10, 2, 6. *cf.* 11, 2, 23. nihil magis profuturum ad absolutionem Socrati fuisse 11, 1, 9. sunt et illa jucunda, et ad commendationem cum varietate tum etiam ipsa natura plurimum prosunt (*a. l.* possunt) 9, 2, 59. quae ad obtinendum, quod intendimus, prodesse 12, 10, 53; in commune profutura 6, 1, 7. in id quoque prodest, ut *etc.* 8, 3, 9. ε) *c. Inf.:* proderit per partes ediscere 11, 2, 27. *cf.* 2, 5, 15. nonnunquam terga etiam dedisse simulata fuga proderit 2, 13, 4. probos quosd. mores non aspere incessere profuit 5, 7, 27. *cf.* 4, 2, 25; nonnunquam hoc quoque erit utile, totas ipsum dictare materias —. At si tam negligens ei stilus fuerit, ut emendationem non recipiat: expertus sum prodesse, quotiens — juberem 2, 4, 13. quid enim prodest, esse verba et Latina *etc.* 11, 1, 2; quia nihil prosit, quod constet, Ducendum esse uxorem *etc.* 3, 5, 12 *N.*

Protendo. sive aliqua demonstratione aut invocatione protendimus (*manus*) 11, 3, 115. *cf.* 118. brachio ab aure protenso *ib.* 119.

Protinus. I) *i. q. simul.* α) quod habet propositionem conjunctamque ei pr. probationem 5, 14, 1. ut et amictus sit decentior et pr. aliquid spatii ad cogitandum 11, 3, 156. pr. fructum ramis pluribus feret 8, 3, 10. ut pr. pronuntiatione vocem et memoriam exerceat 1, 11, 14; unum aliquem constituere lectorem, ut pr. pronuntiationi quoque assuescant 2, 5, 6. *cf.* 8, 3, 9. et orationis omnes virtutes semel complectitur, et pr. mores etiam oratoris 2, 15, 34. *cf.* 9, 2, 95. β) *in concludendo:* neque pr. non est materia rhetorices, si in ead. versatur et alius 2, 21, 10. *cf.* 5, 10, 119. non quidquid non erit proprium, pr. et improprii vitio laborabit 8, 2, 4. *cf.* 10, 1, 42. Illud pr. non indignum, quod annotetur 7, 1, 58 *N.* *cf.* 10, 3, 22. an pr., qui non reddidit, ingratus sit 7, 4, 38. *cf.* 5, 10, 202. II) *i. q. statim:* pr. a. petitore primo loco 4, 1, 24. pr. cum quad. defensione 5, 13, 26. *cf.* 10, 1, 6. pr. post interpretationem linguae secretioris 1, 1, 35. ad efficiendum oratorem maximi pr. erit momenti 10, 1, 3; sermonem geniti pr. homines acceperint 3, 2, 1. pr. ut erit parens factus 1, 1, 3. pr. omnibus membris expressus infans 2, 4, 6. nec pr. offerentibus se gaudeamus 10, 4, 5. quod cum contingit, nescio quomodo hilarior pr. renidet oratio 12, 10, 28. perfectos pr. putent 5, 10, 119. demonstrasse rectam pr. viam 2, 6, 2; Neque hanc festinationem meam sic quisquam calumnietur, tanquam eum abducendum pr. a Grammatico putem 2, 1, 12. pr. adhibere curam 10, 3, 18. velut in vestibulo pr. apprehensuris hanc confessionem meam 8, P. 18. si qua erunt ab his praesente alumno dicta vitiose, corrigat pr. 1, 1, 11. exposita controversia pr. dicere 10, 7, 21. modo nulla videatur aetas tam infirma, quae non pr., quid rectum pravumque sit, discat 1, 3, 12. et initium hexametri statim invenias, et Anacreontion pr. colon efficias 9, 4, 78. non pr. est erumpendum 11, 3, 157. itaque illam distinctionem, Litora, pr. altero spiritus initio insequar 11, 3, 38. pr. ergo monendus est puer 1, 3, 13. semel auditos quamlibet multos versus pr. reddidisse 11, 2, 51. si pr. dicenti, Occidisti, respondeatur, Non occidi: statim pugna est 7, 1, 8. *cf.* 12, 9, 16. qui pr. circa ima substiterint Pr. 20. non domo attulisse sed ibi pr. sumsisse 11, 2, 46. transire pr. ad dispositionem 6, 5, 1. [non Sallustius directo ad Ciceronem — usus est principio, et quidem pr. 4, 1, 68.]

Protraho. I) *i. q.* *profero:* his (*prosopopoeiis*) et adversariorum cogitationes velut secum loquentium protrahimus 9, 2, 30. II) *i. q.* *differo:* protrahendus (*testis*), ut in aliquo, quod vel extra causam sit, deprehendatur 5, 7, 19 *N.* ambitiosus (*testis*) inflari, longus protrahi potest *ib.* 26.

Prout. prout formari judicum animos expediet 4, 1, 60. pr. quaeque res ac persona desiderat 6, 3, 104. pr. ratio causae cujusque postulabit 5, 12, 14. *cf.* 11, 3, 46. pr. asperi, lenes *etc.* erunt — oportebit 4, 1, 17. *cf.* 5, 11, 16. ipsi (*aurae*) propria natura, an pr. movetur 11, 3, 16. cum ead. litera alium atq. alium intellectum, prout correpta vel producta est, facit 1, 7, 2. res prout congruunt aut repugnant 7, 2, 57 *N.* *cf.* 10, 2, 13. *v.* Proinde.

Provehor. velut aura solicitante provecti longius 12, Pr. 2. ut non solum initiis operum suorum Musas invocarent, sed provecti quoque longius 4, Pr. 4; audacia provecti 1, 3, 4. ne ultra, quam homini datum est, nostra provehantur 6, Pr. 10. grammatice tantum ab hac appellationis suae paupertate provecta 2, 1, 4. unde et quousque jam provecta sit orandi facultas 2, 16, 18; ut in eo, quo quisque eminet, provehatur (*discens*) 2, 8, 4.

Provenio. ut ea nasci et provenire natura, non manu facta *etc.* videantur 5, 14, 32. omnia sponte proveniunt 12, 10, 79. *v.* Evenio.

Proventus. tum efflorescat oratorum ingens pr. 12, 10, 11.

Proverbium. proverbia opportune aptata 6, 3, 97. in proverbium usque celebratum est 1, 10, 21. ut est in vetere proverbio 5, 11, 41. proverbiis uti (*fig. ap. Cels.*) 9, 2, 104.

Providentia. oratio, qua nihil praestantius homini dedit prov. 1, 10, 7. dedit hoc prov. hominibus munus, ut honesta magis juvarent 1, 12, 19. nullam in terras (*Sp. om.*) despicere providentiam 6, Pr. 4 *N. Z.* nec tam aversa unquam videbitur ab opere suo prov., ut debilitas inter optima inventa sit 5, 12, 19 *N.* dono quod. providentiae genitus 10, 1, 109. providentiae munera in mutuam perniciem convertere 12, 1, 2, id providentiae deorum immortalium assignat 11, 1, 23. an providentia mundus regatur 3, 5, 6. *cf.* 5, 7, 35. 5, 10, 14. 7, 2, 2. 12, 2, 21. 28.

Provideo. I) *proprie:* prospicere in dextrum et providere 1, 1, 34. II) *transl.* α) non solicitos et respicientes *etc.* non (*fort.* nos) sinant providere 10, 6, 6. tum maxime, cum facultas illa contigerit, resistamus, et (*Sp.* ut) provideamus et efferentem se quasi (*Sp.* ferocientes equos) frenis quibusd. coërceamus 10, 3, 10 *Z.* Quid? nos agendi subita necessitate deprehensi, nonne alia dicimus, alia providemus? 1, 12, 4. est nonnunquam dura propositio, quod (*Sp.* quam) judex, si providit (*Sp.* — *det*), non aliter praeformidat, quam qui ferrum medici prius, quam curetur, aspexit 4, 5, 5. diligenter sunt haec actori providenda 6, 1, 37. non timidum in suscipiendis sed in providendis periculis *Cic.* 12, 1, 17 *Z.* quid quibusque signis providendum sit, docebit (*medicus*) 7, 10, 10. β) *seq. Conjunctione:* in foro providendum, num forte supervacua — an ambigua sit finitio? 7, 3, 20. providendum, ut, si sensu non pugnant, comprehensione dissentiant *ib.* 12. providendum est, ne, quae dicuntur, dissentiant 3, 8, 48. *cf.* 5, 7, 10. *v.* Praevideo. γ) *Partic.:* provisa et formata cogitatio 10, 7, 8.

Provincia. integerrime pr. administrata 12, 1, 16. quibus de causis pr. universam offenderit 4, 2, 15. qui provinciam ambitiosissime petierat,

deinde impetrata ea 6, 3, 68. quos educere invitos in provinciam non potuit *Cic.* 5, 10, 76.

Provoco. simultates provocare 12, 7, 3. sunt longe venustiora omnia in respondendo quam in provocando 6, 3, 13. provocare, quae inde sint fortia, non arguentis sed monentis est 6, 1, 6; elegia quoque Graecos provocamus 10, 1, 93.

Proximitas. *de cognatione:* jure proximitatis 3, 6, 95. cum hic testamento, ille proximitate nitetur *ib.*

Prudens. *α*) *simpliciter:* prudentis est, quod in quoque optimum est, si possit, suum facere 10, 2, 26. aut commune prudentium est aut proprium oratoris 12, 3, 7; *i. q. de industria:* cujus rei praecipua prudentibus cura est 1, 2, 5; hoc cum a prudentibus fit, schema dici solet 8, 3, 50 *N.* num prudens caedem commiserit 7, 4, 43; *Compar.:* si prudentior fuisset *opp.* credulitas 7, 3, 34; *Superlat.:* recepta est a doctissimis haec differentia et ap. plurimos ac prudentissimos durat 7, 10, 4. non aliquis juvenis aut unus e vulgo sed senes et prudentissimi 8, 4, 21. *β*) *c. Subst.:* Cic. inventionem quidem ac dispositionem prudentis hominis putat, eloquentiam oratoris 8, Pr. 14. et bonum virum et prud. in primis oratorem putamus 12, 3, 8. disertum praeceptorem, prud. quoque et non ignarum docendi 2, 3, 7.

Prudenter. si satis pr. dicenda viderint *opp.* si quid erraverint 2, 6, 6. prudentius intuenti 9, 2, 44.

Prudentia. si consonare sibi in faciendis ac non faciendis virtutis est, quae pars ejus prudentia vocatur, ead. in dicendis ac non dicendis erit 2, 20, 5. pr. altissima 2, 13, 15. quanta in dividendo pr. 2, 5, 8. *v.* Intelligentia. Doctrina.

Psalterium. psalteria et spadicas etiam virginibus probis recusanda 1, 10, 31 *N.*

Psaltes. psaltis se multa dedisse 1, 10, 18.

Pubertas. p. annis an habitu corporis aestimetur 4, 2, 5.

Publicanus. de universo genere aliquorum hominum dicere, vel publicanorum *etc.* 11, 1, 86.

Publice. p. statuae constitutae 3, 7, 17. p. recepta persuasio *ib.* 23. p. revocati sunt 5, 11, 9.

Publico. utrum aula, quae ter ceciderit, an tibicina, si ceciderit, debeat publicari 7, 9, 4.

Publicus. *α*) *simpliciter:* si quis ea, quae domi suae recte faceret, in publicum promeret 1, 1, 22. auxilium in publicum polliceri, quod in praesentissimis quibusque periculis desit 10, 7, 1. in publico tristes, domi dissoluti 12, 3, 12. *β*) *c. Nominib.:* publicae capitalesque causae 8, 3, 14. *cf.* 11, 3, 130. 156. consiliis p. 12, 3, 1. desiderio jam paene p. 8, 4, 9. jus publici crediti 5, 10, 117. nummo, cui p. forma est 1, 6, 3. privato, publico judicio 11, 3, 150 *v.* Judicium. p. jus 2, 4, 33. loco p. 11, 1, 47. prope p. more 1, 2, 2. *cf.* 3, 6, 84. p. officium 3, 7, 2. 12, 7, 1. opera p. 3, 11, 13. p. rebus 12, 1, 1; frequentiae scholarum et velut p. praeceptoribus 1, 2, 1. *v.* Privatus.

Pudet. *α*) Hecuba hoc dolet, piget, pudet *Tragic.* 9, 3, 77; p. supra modum sermonis attolli 1, 2, 31. p. dicere, in quae probra nefandi ho-

mines isto caedendi jure abutantur 1, 3, 17. pudet dissentire 10, 1, 17. 111. interim p. dubitare 10, 3, 19. propter quem (*affectum*) facere honeste p. 12, 5, 3. an non pudeat certam creditam periodis postulasse 8, 3, 14. nec tamen si quid novi vel sero invenissem, praecipere in posterum puderet 2, 5, 3. *β*) *Partic. Pass.:* illic major aestus, ubi quis pudenda queritur 11, 1, 84. quod evenit praecipue in fabulosis usque ad deridicula, quaedam etiam pudenda 1, 8, 21. pudenda dictu spectantur 1, 2, 8; pudendumque dictu, si plus litigantibus prosunt minores 6, 4, 7. quo pudendum est magis, si difficultatem facit prudentia 10, 3, 16.

Pudice. potuisset p. respondere (*mulier*), malle se virum suum talem esse, qualis melior esset 5, 11, 29.

Pudicus. p. domus 1, 10, 32. in rebus ac verbis parum modestis ac pud. 11, 1, 30. et si filia nata, meretrix eam mater pudicam esse voluisset *ib.* 82 *Z.*

Pudor. *α*) *Nominat.:* nec pudor videtur, quod non palam objicias, sed diffidentia 9, 2, 72. in rebus ac verbis parum modestis ac pudicis vilis p. 11, 1, 30. ad dicendum etiam p. stimulos habet 10, 7, 16. integritas tua te purgavit, pudor eripuit *Cic.* 8, 6, 56. quanto validius bonos inhibet pud. quam metus 9, 2, 76. minus obstitisse videtur p. 5, 7, 1. *cf.* 12, 7, 6. cur me prohibeat p. 9, 3, 73. qui p. frangit (*Sp.* refringit) animum, et abjicit, atq. ipsius lucis fugam et taedium dictat 1, 3, 16 *Z.* initio p. omittendi, quae promiseram, tenuit 12, Pr. 1. *β*) *per ceteros Casus:* verba decenter pudoris gratia subtrahuntur 9, 3, 59. leges, diligentissimae pudoris custodes 8, 5, 19. ego Romani pudoris more contentus verecundiam silentio vindicabo 8, 3, 39 *N.* sine respectu pudoris 6, 3, 25; divisio affert injuriam pudori *ib.* 46 *N.*; negligentiam formandi custodiendique in aetate prima pudoris 1, 2, 4. deprehensi interim pudorem suum ridiculo aliquo explicant 6, 3, 100. necesse est his aut fastidium moveant — aut pudorem deprehensa totiens audientium memoriā infelix supellex 2, 4, 29. ne renovaret domus pudorem 11, 1, 83. servare judicum pudorem 11, 1, 78. perducendus omni modo judex ad irae pudorem *ib.* 76; immodeste proponunt, sine pudore affirmant 12, 1, 12 *N.* si de pud. agitur 4, 5, 18 *N.*

Puella. transtulit aliquando patronus puellam, quae soror esse adversarii dicebatur 6, 1, 39. *v.* Matrona.

Puellaris. aetate tam (*Sp.* ea) puellari 6, Pr. 5 *Z.*

Puer. ut Lucilius praecipit Jam puerei (*Sp.* pueri) venere: E postremum facito atque I, Ut pueri (*Sp.* puerei) plures fiant 1, 7, 15 *Z.* *α*) *Nominat.:* pueri adulti *opp.* juvenes facti 2, 2, 3. *cf.* Pr. 7. p. maturus percipiendis iis, quae rhetorice praecipit 2, 1, 7. pueri statim quam plurima ediscant 11, 2, 41. nobis jam paulatim accrescere puer, et exire de gremio, ac discere serio incipiat 1, 2, 1. longam esse duorum temporum *etc.* pueri sciunt 9, 4, 47; a Graeco sermone puerum incipere malo 1, 1, 12. pueros adolescentibus sedere permixtos non placet mihi 2, 2, 14. Demosthenem puerum admodum pupillares actiones habuisse 12, 6, 1. *β*) *Genit.:* puerorum foedis amoribus 10, 1, 100. animi puerorum, quantum excipere possint, videndum est 1, 2, 28. commentariis puerorum, in quos ea, quae, aliis declamantibus, laudata sunt, regerunt 2, 11, 7. cum puerorum ora formarem 11, 3, 31. puerorum — robustiorum studiis 10, 5, 1; quo (*vitio*) mancipiorum

negotiatores formae puerorum virilitate excisa lenocinantur 5, 12, 17. γ) *Dat. et Accusat.:* patientior est laboris natura pueris 1, 12, 10. inculcatas pueris persuasiones 3, 1, 6. jam non pueris praecipimus 8, 6, 13; pueros attollere (*in perorat.*) 11, 3, 174. *cf.* 6, 1, 47. de ceteris artibus, quibus instituendos, priusquam tradentur rhetori, pueros existimem 1, 10, 1. *cf.* 1, 12, 19. ne binis praeceptoribus oneretur puer 2, 1, 13. *v.* Adolescentulus. Quando rhetori tradendus sit puer? 2, Cap. 1. δ) *Ablat.:* in pueris elucet spes plurimorum 1, 1, 2. comoediae quem usum in pueris putem, paulo post dicam 1, 8, 7. illa mihi in pueris natura minimum spei dederit, in qua ingenium judicio praesumitur 2, 4, 7. in primis evitandus, et in pueris praecipue, magister aridus *ib.* 8. ut in p. aegrotantibus utilitatis eorum gratia multa fingimus 12, 1, 38. Livium a pueris magis quam Sallustium velim (*legi*) 2, 5, 9 *S.;* id a pueris obtinendum 11, 2, 45. me puero 8, 3, 22. nobis pueris 1, 7, 27. 6, 3, 57. 10, 1, 24.

Puerilis. puerile et cujusd. infelicis operae 10, 1, 7; p. affectatio 4, 1, 77. p. anni *opp.* aetas robustior 1, 12, 1. *cf.* 1, 11, 19. p. captatione 8, 3, 57. p. crepitaculorum 9, 4, 66. p. exercitatio 1, 11, 19. p. infirmitas 2, 3, 7. p. ingenium 1, 4, 6. 2, 5, 22. p. institutio 1, 1, 9. p. ejus opera 10, 1, 89. p. sententiolis 12, 10, 73.

Pueritia. hesternorum immemores acta pueritiae recordari 11, 2, 6. in illo a pueritia ad adolescentiam transitu 11, 3, 28. tot artibus in pueritia discendis 12, 11, 9.

Pugil. ugilum congredientium 8, 3, 63. cum pugili coronato carmen scripsisset 11, 2, 11. quomodo palaestricus ille pugilem faciet 2, 8, 7.

Pugna. I) *propric:* junguntur interim schemata, Sthenelus sciens pugnae: est enim, scitus Sth. pugnandi 9, 3, 10. pugnam ineuntium 12, 1, 28. omnium, quae pugna poscit 12, 3, 5. *v.* Rixa. II) *i. q. lis:* α) circa quem et grammaticis inter ipsos inexplicabilis pugna est 8, 6, 1. quantam mihi concitem pugnam 10, 1, 105. β) *de actione forensi.* a) *c. Attributis:* p. forensis 5, 12, 17. in hac p. forensi (*corr. Regius*; *Codd., tac. Amb.* 1., forensium) 6, 3, 28 *N.* p. illam decretoriam 6, 4, 6 *N.* subita p. non praeparata 7, 1, 35. ad actum rei pugnamque praesentem 10, 1, 31. b) *c. Genit. aut Praepos.:* forensium certaminum p. 5, 12, 22. in qua specie juris pugna sit, et in ea de verbis an de voluntate quaeratur 7, 1, 13. legum contrariarum ex diverso pugna est 7, 10, 3; circa quae p. sit 7, 1, 15. simplicior contra tabulas p. 5, 7, 1. cum quibus mihi minima p. est 2, 21, 8. *cf.* 3, 6, 21. p. perpetua inter Stoicos et Epicuri sectam secutos 5, 7, 35. p. inter testem et patronum 6, 4, 21. p. inter victores 8, 3, 69. c) *per varios Casus:* jam scientem, quid sit pugna 12, 6, 6. in quo p. consistat 7, 1, 7; ipsa pugnae necessitate *opp.* scholae 5, 13, 59 *N.* quibusd. pugnae simulacris ad verum discrimen aciemque justam consuescimus 2, 10, 8. majoris pugnae est ex scripto ducere, quod scriptum non est 7, 8, 6. qui id demum, quod pugna constat, enthymema accipi velint 5, 10, 2. ipse ille mucro ingenii cotidiana pugna retundatur 10, 5, 16. *v.* Palaestra.

Pugnacitas. si pressae illi narrationis gracilitati conjuncta argumentorum pugnacitas fuerit 4, 3, 2.

Pugnaciter. ubicunque erit acriter, instanter, pugnaciter dicendum 9, 4, 126; alia sublimius, alia pugnacius dicenda *ib.* 130.

Pugnax. gladio pugnacissima gens Romani 9, 3, 8; ut (*Iulius Secundus*) esset multo magis pugnax (*optt. Codd.* pugnans), et saepius ad curam rerum ab elocutione respiceret 10, 1, 120 *N.*

Pugno. I) *proprie:* et latro acriter pugnabit 2, 20, 10. nunc acie directa, nunc cuneis, nunc auxiliis, nunc legione pugnabitur 2, 13, 4. vario Marte pugnatum, eruditus est sermo 8, 6, 24. ad digitum pugnavi (*de gladiatore*) 8, 5, 20 *N.* pro Caesare pugnantem 6, 3, 75. tot pugnandi pericula ineuntibus 2, 16, 8. pugnando invictus (*de pugile*) 2, 8, 14. scitus pugnandi 9, 3, 10 *v.* Pugna. II) *transl.* *α*) ne pugnemus igitur, cum praesertim plurimis alioqui Graecis sit utendum 2, 14, 4. nocet diu pugnare (*optt. Codd.* pugna) in iis, quae obtinere non possis 6, 4, 15. et aequitate et voluntate pugnandum 7, 6, 7. arte pugnandum est 2, 17, 29. pugnat ille acumine semper, hic frequenter et pondere 10, 1, 106. ubi atrocitate, invidia, miseratione pugnandum est 9, 3, 102. directa fronte pugnandum est 5, 13, 11. rerum inventione pugnandum est 12, 10, 36. jure prius pugnandum an aequo 6, 5, 5. nec alibi magis mucrone pugnari 6, 4, 4. universitate pugnandum est 7, 2, 22; neque ego contra naturam pugno 2, 8, 10. qui (*testes*) adv. insectantem pugnassent, modestia mitigantur 5, 7, 27. *β*) *i. q.* *discrepo:* a) quotiens pugnabunt (*quod decet et quod prodest*), ipsam utilitatem vincet, quod decet 11, 1, 9. ut, si sensu non pugnant, comprehensione dissentiant 7, 3, 12. haec pugnare invicem 5, 13, 33; quae contra (*Sp.* inter) semet ipsa pugnent aut pugnare videantur 5, 13, 30 *Z.* pugnaturos eos inter se (*philosophos*) 2, 17, 32. 33. quae tantum inter se pugnant 3, 8, 32. *cf.* 4, 2, 90. 11, 1, 93. *v.* Obsto. ne quis inter se pugnare putet aequalitatem et varietatem 11, 3, 44. b) *Partic.:* verba non pugnantia sed quae invicem complectantur 7, 10, 17. est argumentorum locus — Ex pugnantibus (*a. l.* repugn.) — Ex consequentibus sive adjunctis 5, 10, 74 *N.* Ex pugnantibus, quod etiam solum enthymema quidam vocant, multo fortior probatio 5, 14, 2. *cf.* 25.

Pugnus. compressa in pugnum manus 2, 20, 7. pugno ferire 2, 8, 13. pugno bene uteris 6, 3, 90.

Pulcher. *α*) *Posit.:* Est hoc quoque, quotiens in sententias acres incidit, pulchrum 9, 3, 76. nonne pulchrum vel hoc ipsum est, ex communi intellectu verbisque, quibus utuntur omnes, tantum assequi laudis et gloriae 2, 16, 19. est pulchrum, in secundis tertiisque consistere 12, 11, 26. respondisse nobilitati, pulchrum erit 3, 7, 10. turpe ducet, cedere pari, pulchrum, superasse majores 1, 2, 22; quamlibet p. locutio 2, 4, 32. pulchra oratione acta 9, 4, 36. sententia p. 5, 10, 79. *β*) *Comparat.:* illa qua nihil pulchrius est auditu oratio 10, 1, 111. *cf.* 8, 3, 16. quo pulchriora et sensu et elocutione dissolveris, hoc orationem magis deformem fore 9, 4, 15. quanto majores ac pulchriores viderentur (*res divinae humanaeque*) 12, 2, 9. *γ*) *Superlat.:* gratia decoris, qui est in oratione pulcherrimus (*Sp.* quod — pulcherrimum) 8, Pr. 18 *Z. N.* in maximis quibusque ac natura pulcherrimis 12, 2, 27. liberos necare nonnunquam pulcherrimum est 12, 1, 37; p. ars 1, 10, 17. 12, 1, 25. brevitas integra minus praestat — est vero pulcherrima 8, 3, 82. p. consilia 12, 1, 15. p. rerum est eloquentia 1, 12, 16. p. exercitus 1, 10, 48. p. factum 9, 3, 40. p. geminatio 8, 5, 19. laus p. 10, 2, 27. p. libros 3, 6, 60. maximum ac pulch. opus 2, 17, 3. *cf.* 8, 6, 64. 10, 3, 4. 12, 1, 4. 12, 11, 1. 29. p. opinio 3, 8, 1. p. oratio 4, 2, 25. p.

vitae praeceptis 12, 11, 4. p. res 2, 15, 17. 12, 1, 32. longe p. (*tropus*) 8, 6, 4.

Pulchre. se p. expressisse genus illud hujus viri 10, 2, 18. p. fuerit transactum 7, 1, 44.

Pulchritudo. *α*) *formae*: ut corporis p. venire videatur ex malis moribus 2, 5, 12. cujus (*Iovis Olympii*) p. adjecisse aliquid etiam receptae religioni videtur 12, 10, 9. Demetrius fuit similitudinis quam pulchritudinis amantior *ib.* pulchritudinem interim roburque prosequimur honore verborum 3, 7, 12. *β*) *transl.*: quotiens pulchritudinem rerum claritas orationis illuminat 2, 16, 10.

Pullatus. p. circulus 2, 12, 10 *N.* pugnamque illam decretoriam imperitis ac saepe pullatae turbae relinquunt 6, 4, 6 *N.*

Pullus, i. pullum equinum 8, 2, 15.

Pullus, a, um. non possum togam praetextam expectare, cum exordium pullum videam 5, 10, 71 *N.*

Pulmo. ab imo pulmone 11, 3, 56.

Pulpitum. cum in angusto pulpito stans diceret 11, 3, 130.

Pulso. pulsatum querimur 6, 1, 16. si pulsasses, defendi non poteras: vulnerasti 6, 2, 23. *v.* Attingo; scrutanda singula et velut ostiatim pulsanda (*Francius conjic.* pulsandum) 5, 10, 122 *N. et S.*

Pulsus. frequentiorem quasi pulsum habent (*iambi*) 9, 4, 136; *Plur.* pulsus venarum 7, 10, 10.

Pultare. (*antiquum*) 1, 4, 14.

Pulverulentus. iter pulv. facit 5, 10, 81.

Pulvinar. in pulvinari Solis 1, 7, 12.

Pulvinus. pulvinum in atrio ponunt 11, 2, 23.

Pulvis. iter pulverem movet 5, 10, 81. forensem p. 10, 1, 33.

Punio. lex omnis aut punit aut *etc.* 7, 5, 5. *cf.* 7, 1, 48. puniendus es 3, 6, 74. debent puniri 7, 3, 34. nemo dubitabit, quin, si nocentes mutari in bonam mentem aliquo modo possint — salvos esse magis e rep. sit, quam puniri 12, 1, 42. capite ut causa mortis punietur 4, 2, 69. capite puniri, tanquam causa mortis 7, 4, 42. *v.* Caput. qua quis lege puniendus vel honorandus sit 7, 4, 41; inimicum punitus est (*fig.*) 9, 3, 6.

Pupillaris. pup. (*a. l.* populares) actiones 12, 6, 1.

Pupillus. alia tutoris adv. pupillum moderatio est 6, 2, 14. multum agit sexus, aetas, condicio in pupillis *etc.* parentes *etc.* allegantibus 4, 1, 13. non quod mulieri, idem pupillo bonum 5, 10, 73. nec causanti (*Spald. ex Ambr.* 2. neccanti *conjic.* peccanti) pupillo sic tutor irascatur unquam, ut non remaneant amoris vestigia et sacra quaed. patris ejus memoria 11, 1, 59 *v.* Causor.

Puppis. 1, 6, 25. non puppim pro navi (*prosa recipiet*) 8, 6, 20.

Purgatio. (*fig. ap. Cic.*) 9, 1, 32. 9, 2, 2.

Purgo. I) *proprie:* tibiae non satis purgatae 11, 3, 20. II) *transl. in judiciis:* integritas tua te purgavit *Cic.* 8, 6, 56. crimina purganda

(*a. l.* impugnanda) sunt 7, 1, 12 *N. cr. et S.* fortis (*erit*), qui metus doloris *etc.* nulla ratione purgaverit? 12, 2, 3.

Purpura. vestibus purpura coccoque fulgentibus 11, 1, 31. clavus et purpurae in loco insertae (*haec per fig.* ἐν διὰ δυοῖν *poterant explicari, non inusitatam illam quidem prosae praesertim hujus aetatis; cf. praeter Zumptii Gr.* §. 738. *Curt.* V, 5, 10. ex tenebris et carcere procedere. VIII, 14, 1. armis virisque ripam obtineri. *ib.* 12. *Liv.* XXXIII, 2. 33. (*Sed Z. ex Amb.* 1. *recipit* clavus purp. — insertus, *quamvis us sit ex correctione*) 8, 5, 28. ut purpurae (*a. l.* purpura) recte descendant 11, 3, 139 *N. cr.* lana tincta fuco citra purpuras placet: at si contuleris etiam lacernae, conspectu melioris obruatur, ut Ovidius ait. 12, 10, 75 *N.*; Quid non adultus concupiscet, qui in purpuris repit? 1, 2, 6.

Purpuratus. purpuratis (*Alexandri*) 8, 5, 24.

Purus. I) *proprie:* neque fontibus puris neque torrentibus turbidis similes 12, 10, 19. *cf.* 10, 1, 78. quend. purum, qualis etiam in feminis amatur, ornatum 8, 3, 87. II) *transl.:* purus sermo et dissimilis curae 8, 3, 14. sermone puro atq. dilucido 11, 1, 53. *cf.* 1, 9, 2. 1, 11, 6. 5, 14, 33. sermo quam purissimus 4, 2, 118. p. voluptas literarum 2, 18, 4. vox p. 11, 3, 40; multo est tersior ac magis purus (*Horatius*) 10, 1, 94.

Pusillus. pus. (*vox*) 11, 3, 32. grandes, pusillae (*res*) *ib.* 151; pusillum ab ea (*synecdoche*; *Sp.* a vero) discedo 8, 6, 28.

Pusio. pusio, qui cum majore sorore cubitabat *Cic.* 8, 3, 22.

Puteo. aliquando desinet putere. *M. Vestinus.* 6, 3, 64.

Puteus. in puteo 7, 2, 48.

Puto. *α*) ut puta (*i. e. exempli causa*) 11, 3, 110 *N.* ut puta (*Sp.* pater), Expositum qui agnovit 7, 1, 14 *Z.*; ut quidam putant 7, 4, 3. *cf.* 12, 5, 1. Quod pomum generosissimum? puto, quod optimum 5, 11, 5. non, ut arbitror, propter calorem, quod quidam putaverunt 11, 3, 28; quae qui pertinere ad oratorem non putabit, is ne statuam quidem inchoari credet, cum ejus membra fundentur 2, 1, 12. *cf.* 2, 19, 2. *v.* Credo. error est in re duplex: unus, quod — existimant *etc.* alter, quod — putant 2, 3, 4. nec mihi videntur errare, qui putant 7, Pr. 3. est et ille in hoc genere frequens error, ut putent 9, 2, 85. neque ero tam credulus, ut putem 11, 2, 4. pervasit jam multos ista persuasio, ut putent 8, 2, 21. *β*) *c. binis Accusatt.:* qui totidem figuras putant, quot affectus repudiandi 9, 1, 23. *cf.* 2, 4, 1. 3, 6, 56. 9, 1, 15. hoc ego totum cum sua ratione unum puto (*a. l.* pono) 5, 14, 7 *N. cr.* Aristoteles potentissimum putat — si sit vir bonus 5, 12, 9. quam istud parvum (*a. l.* parum) putant 12, 2, 3 *N. cr.* nec statim diligentem putabo, qui *etc.* 1, 4, 24. hanc quidam aposiopesin putant, frustra. 9, 3, 60. *cf.* 3, 2, 4. 6, 3, 20. 9, 1, 14. 9, 3, 90. Siquidem Celsus κακέμφατον ap. Virgilium putat, Incipiunt agitata tumescere 8, 3, 47. ego te Consulem putem? 8, 3, 89. *cf.* 8. adolescentibus meis (meos enim semper adolescentes putabo) 7, 3, 30. *cf.* 6, 3, 74. ut fabricandi artem putet 2, 17, 3. non putant indignum sustinere tot mala 8, 4, 21. *cf.* 11, 3, 71. quidam commendationem *etc.* propria hujus officii putaverunt 6, 2, 11. *γ*) *adj. Genit. aut Adv.:* Cic. inventionem ac dispositionem prudentis hominis putat, eloquentiam oratoris 8, Pr. 14; quod ego adeo longe puto ab oratore perfecto 12, 9, 8. dare aliquid adversario, quod pro

se putet 6, 4, 18. velut satis sit, scire ipsos, quae dicere velint, quantum ad alios pertineat, nihil putant (*Sp. conjic.* nihili) 8, 2, 19 *N.* alius imaginem mariti pro rea proferre magni putavit 6, 1, 40. dum satis putant, vitio carere 2, 4, 9. *cf.* 8, Pr. 13. *v.* Satis; quia ita homines (*a. l. inser.* id) putant 7, 1, 35. δ) *seq. Accusat. c. Inf.:* Ego in universum neque oratoris puto esse unquam praevaricari 9, 2, 87. Nescio qui conviciati sint: et puto Stoicos fuisse 6, 3, 78. *cf. ib.* 7. 9, 3, 39. nec id ferro speciosum fieri putabo 5, 12, 19. quae dura quidem sentit esse, verumtamen usu putat posse molliri 8, 3, 32. *cf. ib.* 35. quid putamus facturas cupiditatem, avaritiam, invidiam 12, 1, 6. cujus vitam si putetis per vos restitui posse 5, 14, 2. etiam in personae fictione quidam idem accidere putaverunt 9, 3, 89. *cf.* 12, 10, 49; alii nihil vitare (*Sp. om. censet se*), ea, quae in oculos incurrunt, exquirendo, putant (*sic Sp.; Z.* vitare, quae — exquirendum p., *Inf.* vitare *pro vitandum sibi esse accipiens, quod tamen probationem desiderat, etsi haec Amb.* 1. *lectio verissima videtur; Infinitivum vero malim accipere historicum.*) 7, 1, 41 *N.* ε) *seq. Partic. Fut. Pass.:* qui frondibus teneris non putant adhibendam esse falcem 2, 4, 11. si homines faciendum sibi aut cogitandum putassent 10, 2, 4. quae discenda puto 1, 12, 15. *cf.* 1, 11, 15 *Z.* affectus excludendos putabant 5, Pr. 1. qui solos veteres legendos putant 10, 1, 43. *cf.* 1, 7, 10. 1, 9, 6. 5, 13, 37. 9, 2, 83. 84. 10, 1, 46. 10, 3, 11.

Pyrrhichius. pyrrh., quem alii pariambum vocant, brevibus (*duabus constat*) 9, 4, 80. p. choreo praecedente *ib.* 106. accipiet ante se choreus et pyrrhichium *ib.* 104. paeon, qui est ex choreo et pyrrhichio *ib.* 96. (*paeon*) ante se brevibus gaudet pyrrhichio vel choreo *ib.* 111. minus gravis erit spondeus praecedente pyrrh. *ib.* 101. ille comicus senarius choreis — pyrrhichiisque decurrit *ib.* 140.

Pyxis. pyxides, cujuscunque materiae sunt 8, 6, 35. in illa pyxide (*optt. Codd.* puxide) Coeliana 6, 3, 25 *N.*

Q.

Q. Q, cujus similis effectu specieque, nisi quod paulum a nostris obliquatur, Koppa ap. Graecos nunc tantum in numero manet 1, 4, 9. duras et illa syllabas facit, quae ad conjungendas demum subjectas sibi vocales est utilis, alias supervacua, ut equos hac et equum scribimus 12, 10, 30. *cf.* 1, 7, 5.

Qua. qua vel impudentia vel fames duxit 2, 20, 2. ut ea, quae emiserint, ultro venire in manus credas, et, qua jubentur, decurrere 10, 7, 11. quo sit et qua perveniendum 10, 7, 5. ire, qua rapit 12, 10, 61. qua cava funda patet *Cic.* 8, 6, 73; in animos judicum, qua non observatur, irrepit 9, 1, 19. aut assumere in causam naturas eorum, qua competent, aut mitigare, qua repugnabunt, oportebit 4, 1, 17.

Quadra. deni in quadram (*Sp.* quadrum) pedes 1, 10, 43 *Z.*

Quadrageni. petuntur ab utroque quadragena 7, 6, 2.

Quadrantarius. quadrantariam Clytaemnestram (*a. l.* quadratoriam) *Coel.* 8, 6, 53 *N.*

Quadratum. formae quadrati 1, 10, 44. illa circumcurrens linea, — si quadratum paribus oris efficiat *ib.* 41.

Quadripertitus. quadrip. rationem 1, 5, 38. (*a. l.* quadripart.) 3, 6, 83 *N. cr.* quadr. ratiocinationem 5, 14, 5.

Quadro. I) quod quoque loco verborum maxime quadret 9, 4, 60. II) *Partic.* *α)* quadratos pedes 1, 10, 44. *β) transl.:* quadr. compositio 2, 5, 9 *N.* id quod ex illis conficitur (*particulis*), aut quadratum aut solutum erit 9, 4, 69.

Quadrupes. bipes differt a quadrupede 5, 10, 61. pro equo quadrupedem 8, 6, 20; quadrupedes, cum viridi pabulo distentae sunt, sanguinis detractione curantur 2, 10, 6.

Quadruplex. rei q. observatio 11, 3, 151. similium fere q. ratio 9, 3, 75. *cf.* 5, 8, 7. hujus vis omnis q. maxime videtur 8, 6, 9.

Quadruplus. fur quadruplum solvat 7, 6, 2. *cf.* 7, 4, 44. *v.* Fur.

Quaero. *α) simpl.:* cogitantibus et dubitantibus similes quaerere, quae attulimus 11, 2, 47. nos ad quaerendum non eo ipso concitemur, quod — scimus? 10, 2, 5. *cf.* 5, 12, 1. ut ab ultima specie retrorsum quaererem usque ad primam generalem quaestionem 7, 1, 23 *v.* Retrorsum. invenisse eos, qui quaesierunt 10, 2, 5. qui subtiliter (*Sp. inser.* id) quaeret, aliquid ultra spectabit 7, 1, 59 *Z.* Intendamus ultro animum, videamusque, an aliquid inveniri praeterea possit. Quo id modo fiet? Sedulo imitor quaerentem, ut quaerere doceam 7, 1, 54. cum cogitatio ultra id, quod est, longius quaerit 11, 2, 3. Aristoteles quaerendi gratia quaed. subtilitatis suae argumenta excogitavit 2, 17, 13. ista quaerendi, judicandi, comparandi anxietas 8, Pr. 29; Alioqui, sicut qui patrimonium non pararunt, sub diem (*Sp.* subinde) quaerunt: ita in oratione, qui non satis laborarunt *ib. Z. N.* *β) c. Obj.:* ille demum in id, quod quaerimus, poterit evadere 2, 4, 17. nos quaerimus illa, tanquam lateant semper seque subducant 8, Pr. 21. quid quoque loco quaerant, scient 10, 7, 6. dum omnia quaerimus, aliquando ad verum, ubi minime expectavimus, pervenimus 12, 8, 11. cum et scripta perdidit et non quaerit nova 10, 7, 33. quaeramus optima 10, 4, 5. quo nihil quaeras perfectius 10, 1, 78. quaeratur similius aliquid 12, 10, 22. verisimilia quaerentur 2, 17, 34. plura quaesituris 5, 10, 31. se, quod numerosum sit, quaerere 9, 4, 56; quorum exempla illo loco quaerenda (*Sp.* reddam) 8, 3, 51 *Z.* quaerere habitum gestumque sine corpore 9, 3, 100. invidiam sibi quaeri ab adversario 5, 6, 5. jura quaerentibus reddet (*Sp.* tradet) 12, 11, 4. moras et secessum et silentium quaeret 10, 7, 2. non ornamenta quaerimus sed lenocinia 8, Pr. 26. non speciem expositionis sed fidem quaerit 10, 1, 32. quotiens verbum verbo (*Sp. adj.* simile) aut non dissimile valde quaeritur 9, 3, 75 *Z.*; si quis unam maximamque a me artem memoriae quaerat, exercitatio est et labor 11, 2, 40; omnia debent esse oratori quaesita 2, 21, 6. figurae jam non quaesitae 2, 7, 4; *i. q. desidero:* in hac (*materia*) quaerentur sententiae praecipites *etc.* 7, 1, 44. in evitandis ejusmodi verbis non decorem compositionis quaerimus, sed facilitatem 9, 4, 145. in narrando gratiam illam compositionis, quae continget ex sermone puro atq. dilucido, quaeret 11, 1, 53. quod neminem praeter eos, qui possint scire, quaesierit (*orator*) 5, 7, 24. ut assueta gymnasiis et oleo corpora — si militare iter imperes, deficiant, et quaerant unctores suos nudumque sudorem 11, 3, 26. is erit, quem quaerimus, perfectus orator 10, 2, 28. M. Tullius quaerit adhuc eum (*eloquentem*) 12, 1, 21. *cf.* 19; ne (*vetus orator*) se quaerat priorem (*a. l.* queratur perire) 12, 11, 2 *N.*; *adj. Ablat.:* pronuntiatione famam

dicendi fortius quaerunt 2, 12, 9. illud conjectura, hoc finitione quaerendum 3, 6, 5. *cf.* 12, 2, 15. γ) *seq. sententia interrogandi:* quaero ab inimicis, sintne haec investigata *etc.* 9, 3, 49. illud eruditius quaeritur, an in singulis quoque verbis possit fieri soloecismus 1, 5, 36. si quaeratur, An sit credibile, super caput Valerii pugnantis sedisse Corvum *etc.* 2, 4, 18. *cf.* 7, 7, 4 *Z.* 10, 5, 13. ex integris an compositis sint, quaeritur 1, 5, 68. *cf.* 5, 12, 14. 10, 1, 1; si quaeram, quae sit materia statuarii, dicetur aes 2, 21, 10. in libro secundo quaesitum est, quid esset rhetorice 3, 1, 1. certum est de nomine, sed quaeritur, quae res ei subjicienda sit 7, 3, 4. *cf.* 7, 9, 3. 9, 2, 93. factum esse constat, quale sit quaeritur 7, 4, 3. *v.* Convenio. cum quaerere atque exequi juberent (*praeceptores*), Cur armata ap. Lacedaemonios Venus? 2, 4, 26; nec indocti nec rustici diu quaerunt, unde incipiendum 10, 3, 16. quin ascenderis murum, non quaeritur 4, 4, 4 *N.* δ) *c. Praepos. in:* in qua quidque civitate quaeratur, interest 5, 10, 40. in ead. controversia aliud alii parti prius quaeri, frequenter expedit 2, 13, 6. quae in omni disputatione quaerantur 3, 6, 80. et in finitione, quae sit voluntas nominis, quaeritur, et in syllogismo — spectatur, quid voluerit scriptor 7, 10, 1. negotialem (*partem*), in qua de rebus ipsis quaeritur 3, 6, 57. in quo factum esse constat aliquid, a quo sit factum quaeritur 7, 2, 18. in quo citra accusationem quaeritur 7, 2, 26. in hoc genere maxime quaeritur, an simile sit, quod infertur 5, 11, 27. *cf.* 7, 2, 7. in verbis quaeritur, An satis significent 2, 4, 37. in omnibus, quae fiunt, quaeritur, aut Quare, aut Ubi *etc.* 5, 10, 32; in furti reo, sicut in caedis, quaeritur de facto 7, 2, 51. personam, in (*a. l. om.* in) qua de animo, corpore, extra positis quaeratur 3, 6, 25 *N. cr.* ε) *c. Praepos. apud:* haec ap. eos fortasse quaerantur, qui summam rhetorices ad persuadendi vim retulerunt 2, 16, 11. negotii, de quo ap. judices quaeritur 4, 2, 2. cum ap. centumviros post alia quaeritur, Uter dignior hereditate sit? 3, 10, 3. *cf.* 4, 2, 5. multis millibus versuum scio ap. quosd. esse quaesitum, quomodo inveniremus, utra pars deberet prior dicere 7, 1, 37. si apud Lacedaemonios quaeratur, An Athenis muri fiant 7, 2, 4. ζ) *c. Praepos. de, circa:* ea, de quibus quaeri solet 2, 4, 34. semper in oculis habere, de quo quaeritur, et quod volumus efficere 6, 4, 13. *cf.* 5, 11, 3. 12, 11, 21. cum de genere dicendi, quaerendum erit 10, 1, 44. de re constat, de jure quaeritur 4, 2, 5. *cf.* 7, 2, 11. de re ipsa quaeritur 2, 4, 38. *cf.* 1, 6, 29. 3, 5, 3. 3, 6, 95. pars deliberativa, de tempore futuro consultans, quaerit etiam de praeterito 3, 8, 6. quorum de ultione quaeritur 7, 4, 33; eorum, de quibus judicio quaeritur, manifestum genus est 3, 4, 7; quaesitum a paucissimis etiam de instrumento est 2, 21, 24; quis non etiam rusticorum aliqua de causis naturalibus quaerit Pr. 16. quae de ipsa rhetoricae substantia quaeruntur *ib.* 21. de praemiis quaeruntur duo 7, 4, 21. de aliquo homine quaeritur, qui sit? 7, 2, 4 *Z.*; quaeritur per conjecturam et qualitatem circa modum, speciem, numerum *ib.* 6. *v.* Circa. η) *c. Praepos. ex, ab:* ad id perducentur, quod ex hoc quaeritur, ut inveniant ipsi et intelligant 2, 5, 13. ex verbis atque sententiis per sese id quaeritur 9, 4, 137. interim ex re quaeritur, cum aliqua ex ipsa citra personam quoque argumenta ducuntur 7, 2, 13. haec ex duabus personis quaesita sunt. E tertia — nulla oriri quaestio potest 7, 1, 59; ex habitu invidiam Midiae quaerit (*Demosth.*) 6, 1, 17; donec ab eo quaeri desineret 11, 3, 6. *cf.* 9, 3, 49. ϑ) *c. Praepos. inter:* illi homines docti et inter doctos verum quaerentes, minutius et scru-

pulosius scrutantur omnia 5, 14, 28. uter sit poëta melior, inter plurimos quaeritur 10, 1, 67. inter duos diversarum sectarum velut duces non mediocri contentione quaesitum est, Singulis ne quaestionibus subjiciendi essent loci? 5, 13, 59. si inter propinquos de idoneo (*marito*) quaeratur 7, 4, 39; qui ita dicunt, tanquam inter duas leges quaeratur *ib.* 42. *cf.* 7, 2, 12. Saepe inter se collidi solent, inde testatio, hinc testes —. Saepe inter testes et argumenta quaesitum 5, 7, 33.

Quaeso. quid necesse est, quaeso, dicere oppido 8, 3, 25.

Quaestio. quod nos statum, id quidam constitutionem vocant, alii quaestionem, alii quod ex quaestione appareat 3, 6, 2. cum pars altera quaestionem (*i. e. tormenta*) vera fatendi necessitatem vocet, altera saepe etiam causam falsa dicendi 5, 4, 1. Quid sit quaestio 3, Cap. 11. *α*) *c. Adj.:* cujus q. frequens est 2, 4, 26. praesenti q. 7, 2, 29. 11, 1, 63. q. propositae 1, 10, 37. 9, 2, 39; q. simplicem — duplicem 7, 2, 8. *cf.* 2, 15, 1. 10, 3, 4. ut in consiliis plerumque simplicior q. est, ita in causis minor 3, 8, 67. q. potentissima 3, 8, 16. prima q. 3, 6, 7. 12. quaestio veluti principalis 3, 11, 4. *opp.* singula argumenta 4, 4, 1. q. vel universis vel interim singulis 4, 3, 4. q. summa illa, in qua causa vertitur *opp.* minores 3, 11, 2. *cf. ib.* 27. 7, 1, 27; altior q. 3, 8, 42. non ita difficilis q. 2, 5, 18. dura prima fronte q. 7, 1, 55. q. levissima quaeque primo loco fungitur 3, 6, 8. illas occultiores q. 7, 1, 40. parvae q. 1, 7, 29. vehemens q. et aspera 5, 10, 113. in vera rerum q. 7, 4, 11; civiles q. 2, 15, 36. 19. 2, 21, 2. ratiocinativa atque collectiva q. 7, 1, 60. q. conjuncta — separata 7, 2, 7. *cf. ib.* 51. quaestiones esse aut infinitas aut finitas. Infinitae sunt, quae remotis personis *etc.* in utramque partem tractantur, quod Graeci θέσιν dicunt, Cicero propositum, alii quaest universales civiles, alii quaest. philosopho convenientes 3, 5, 5. *cf.* 10, 5, 11. q. generalis 3, 6, 21. 7, 1, 49. 58. 7, 6, 12. 7, 10, 3. 10, 5, 13. *v.* Generalis. de re et generales quaestiones sunt et definitae, id est, et quae non continentur, et quae continentur 7, 2, 1. cum sit omnis generalis q. speciali potentior 12, 2, 18. q. legales 3, 6, 46. 50. 55. 59. q. legitimae 3, 6, 72 *N.* 7, 3, 13. q. naturalium 1, 4, 4. 7, 2, 7. separatae q. 7, 6, 7. q. translativae 3, 6, 52. universales q. inutiles quidam putant 3, 5, 12. *β*) *c. Genit.:* quaestiones sive actionis sive translationis 3, 6, 84. *cf.* 7, 5, 1. amphiboliae q. 7, 9, 15. crediti et depositi duae quaest. sed nunquam junctae 7, 2, 51. q. facti, nominis, generis, actionis 3, 6, 50. *cf.* 7, 1, 18. finitionis q. 5, 3, 36 *N.* q. honestorum, utilium, justorum 3, 4, 16 *cf.* 12, 2, 16. juris q. 4, 2, 8. 5, 10, 44. 7, 1, 18. 7, 4, 25. 12, 2, 19 q. legum 7, 1, 2. litium q. 10, 1, 23. omnes earum (*materiarum*) quaestiones 7, 4, 40. mentis q. *opp.* rei 3, 6, 38. *N. ib.* 40. q. qualitatis 3, 11, 15. q. illam primam scripti et voluntatis 7, 1, 45. *cf.* 7, 6, 1. temporis q. 7, 7, 3. utilitatis q. 3, 8, 35. vocis q. 7, 10, 2 *N. cr.* *γ*) *Nominat.:* quid sit quaestio 3, 11, 1. Non occidisti: quaestio et status 3, 6, 74 *N.* si confessum, non poterat ibi esse quaestio 7, 1, 5. *cf.* 7, 1, 49. 7, 4, 20. q., quae in omnibus fere sint causis, in quibus cecidisse quis formula dicitur 3, 6, 69; in conjectura est q. ex illo: 3, 11, 11. juris q. solent esse nonnunquam ex aliis atque aliis conflictionibus 7, 1, 18. q. aut ex facto aut ex scripto esse 8, Pr. 10. nec semper ex una lege q. est 7, 1, 15. ex conjuncta propositione plures esse quaestiones ac status *ib.* 9. ex uno statu duas generales fieri q. *ib.* 58;

interim ad personam 8, 5, 3. *cf.* 3, 5, 13. ipsa conjectura refertur ad qualitatem 3, 11, 17. referatur ad sensus, qui non docentur 6, 5, 2. *cf.* 9, 4, 120. causae status unus, ad quem referantur omnia 3, 11, 8. quae ad summam referantur (*quaestiones*) *ib.* 27. ut tempora tria ad duo relata sescuplum faciant 9, 4, 47. referenda pars haec quoque ad utilitatem reip. 6, 1, 22. *cf.* 5, 12, 7. in qua (*fig.*) unum ad verbum plures sententiae referuntur 9, 3, 62; licet Terentii scripta ad Scipionem Afr. referantur 10, 1, 99. γ) *c. Adv.:* quod e o referunt 3, 6, 26. quo judicium referatur *ib.* 104. *cf.* 7, 6, 4. 7, 9, 7. alio relata 3, 6, 51. (*novum sententiarum genus*) 8, 5, 16. III) *i. q.* *dico, narro:* hae, quas supra retuli, virtutes 4, 2, 35. quale est, quod refert (*Sp.* feret) Cicero 6, 3, 84 *Z.* si quid ita visum gentibus, populis *etc.* referri potest 5, 11, 36. neque enim pigebit, quod saepe monui, referre 5, 13, 29 *N. et S. cf.* 8, 6, 74. quod (*dictum Pompeji*) refert Marsus 6, 3, 111. *cf.* 5, 13, 27. rara haec occasio est, ut referri possint divini honores et decreta, ut publice statuae constitutae 3, 7, 17. si quis hoc referat exemplum 5, 11, 8. in epistolis haec Bruti refert verba 6, 3, 20. et jocosa quaedam videntur posse non satis urbane referri *ib.* 106 *N.*; quale refert Cic. de homine praelongo 6, 3, 67. de quibus modo retuli 11, 3, 32.

Refert. α) *simpliciter:* refert tamen, quorum auctoritas adhibeatur 3, 8, 36. *cf.* 5, 10, 25. 7, 4, 23. referre, quo quidque accusator modo dixerit 5, 13, 25. *cf.* 9, 4, 91. ref., his ubi quis utatur 6, 3, 27. nec ref., quomodo sit facta amphibolia, aut a quo resolvatur 7, 9, 14. nec ref. de Graeco an de Latino loquar 1, 4, 1. non tantum ref., quid et quomodo dicamus, sed etiam *etc.* 3, 3, 2. neque tam ref., qualia sint — quam quomodo efferantur 11, 3, 2. *v.* Intersum. β) *c. Appositis:* Sed quid ref.? 4, 2, 70. nihil ref. 9, 1, 17. Sed utentium (*Sp.* ad utendum) nihil ref. 8, 6, 58 *Z. N. cr.* nihil ref., brevis an longa sit ultima 9, 4, 94. *cf.* 9, 1, 7. de negligentibus, quorum nihil ref., ubi *etc.* 12, 8, 2. vocabulum an appellatio dicenda sit προσηγορία — necne, quia parvi ref., liberum opinaturis relinquo 1, 4, 21. multum ref. non solum, quid dixerint, sed etiam quid persuaserint 1, 6, 42. multum ref., utrum hoc ex invidia sit, an ex injuria 5, 12, 17. *cf.* 9, 4, 93. 97. nec plus ref., quid dicas, quam quo loco 11, 1, 7. plurimum ref., qua in re et quo modo laedat 11, 1, 61. *cf.* 3, 7, 23. 5, 11, 43. 5, 13, 4. 12, 7, 11. 12, 10, 56. plurimum referre, quam esse in hoc loco quaestionem velimus 2, 19, 1. plurimum ref. compositionis, quae quibus anteponas 9, 4, 44. nec plurimum ref. nulla haec an praedura sint 1, 6, 26. *cf.* 12, 8, 14.

Refertus. sententiis poëtarum orationes sunt refertae 5, 11, 39.

Reficio. α) refici ac renovari 12, 6, 6. *v.* Renovo. quasi militantes reficit ac reparat haec velut sagina dicendi 10, 5, 17. cum reficiat animos ac reparet varietas ipsa dicendi 1, 12, 4. urbanitas opportuna reficit animos et undecunque petita judicis voluptas levat taedium 4, 1, 49. *cf.* 6, 3, 1. rerum repetitio et congregatio memoriam judicis reficit 6, 1, 1; integri ac refecti 10, 3, 27. β) *adjic. Ablat.:* athletae otio et jucundioribus epulis reficiuntur 10, 5, 15. partitio reficit audientem certo singularum partium fine 4, 5, 22. *cf.* 4, 2, 50. ars variandi cum renovat aures, tum dicentem ipsa laboris mutatione reficit 11, 3, 44. quibus judex reficitur 4, 3, 16; rasas fauces ac latus fatigatum deformi cantico reficere 11, 3, 13. non durum sit neque abruptum, quo animi velut respirant ac refi-

ciuntur 9, 4, 62. seu reficienda brevi repetitione rerum memoria judicis, sive affectus commovendi 4, Pr. 6. *v.* Memoria. sententia velut fatigatum intentione stomachum judicis reficere 4, 2, 121. *v.* Recreo.

Reformido. omnes arbitros reformidet 10, 7, 16. jam a tenero non reformidare homines 1, 2, 18. in quo vitio cavendo non mediocriter errare quidam solent, qui omnia, quae sunt in usu, reformident 8, 2, 2. conatum omnem ref. 8, Pr. 2. qui frondibus teneris non putant adhibendam esse falcem, quia reformidare ferrum videntur, et cicatricem nondum pati posse 2, 4, 11. musa illa pastoralis et rustica non forum modo verum ipsam etiam urbem reformidat 10, 1, 55. communem loquendi morem reformidant 8, 2, 17. ne vera discrimina velut quend. solem reformident 10, 5, 17. qui fugiunt ac ref. omnem voluptatem 8, 5, 32. veriloquium ipse Cic., qui finxit, ref. 1, 6, 28.

Refragor. tacita quaed. cogitatio refragatur his omnibus 5, 7, 2. cui non refragetur ingenium 10, 6, 4.

Refreno. cursum dicendi refrenat 8, Pr. 27.

Refrigero. calor refrigeretur 9, 4, 113. aliquo urbane dicto refrigerandus 5, 7, 26 *N.* refrigerato inventionis amore Ep. ad Tryph.?

Refrigesco. ne oratio refrigescat 4, 3, 2 *N.* imagines mora stili refrigescunt 10, 7, 14. calor ille cogitationis, qui scribendi mora refrixit, recipit ex integro vires 10, 3, 6.

[**Refringo.** qui pudor refringit (*Z.* frangit) animum et abjicit 1, 3, 16.]

Refugio. ut ab iis, quae laedunt, ad ea, quae prosunt, refugiamus, 4, 1, 44. cum metu refugit (*sanguis*), abit omnis et pallore frigescit 11, 3, 78. aetatem graviorem dicitur refugisse (*Polycletus*), nihil ausus ultra leves genas 12, 10, 8. sunt haec vitia refugienda 4, 2, 43. refugit teneram delicatamque modulandi voluptatem 9, 4, 31. interim refugienda non modo distinctio quaestionum, sed omnino tractatio 4, 5, 6.

Refutatio. 3, 9, 1. 5, 13, 55. De refutatione 5 Cap. 13. ref. cum sit in negando, redarguendo, defendendo, elevando 6, 3, 72. ref. dupliciter accipi potest 5, 13, 1. maledictorum ref. (*egressio quaed.*) 4, 3, 15 *N.* nec iis assentior, qui detrahunt refutationem, tanquam probationi subjectam, ut Aristoteles; haec enim est, quae constituat; illa, quae destruat 3, 9, 5. *v.* Probatio. singulis an universis opponenda ref. 7, 10, 12. [causam — dissolvi refutatione (*sic multum discrepantes a Codd. edd. de conj. Reg.; v.* Refuto) 8, Pr. 11 *N. cr.*] *v.* Propositio.

Refuto. I) *i. q. refello:* quod indocti, et barbari, et servi — aliquid dicant simile principio, narrent, probent, refutent *etc.* 2, 17, 6. *v.* Probo. sua confirmare et, quae ex adverso proponerentur, refutare 5, Pr. 2. ut, quae dicendo refutare non possumus, quasi fastidiendo calcemus 5, 13, 22. si refutavimus, quae contra dicuntur 1, 2, 17. *v.* Contemno. aliena varie refutantur 7, 2, 50. *v.* Elevo. [narratione proposita confirmari aut refutari (*sic ex Codd. restituendum videtur*) 8, Pr. 11 *N. cr.*] *v.* Confirmo. tradat ea demum in praesentia, quae placent, remota refutandi cetera mora 8, Pr. 3 *N.* II) *i. q. repudio:* refutare temporis munera 10, 6, 6 *N.*

Regalis. regalia convivia 1, 10. 10.

Regero. velut regestae in hos commentarios, quos adolescens deduxe-

rat, scholae 3, 6, 59 *N.* *v.* Commentarius; invidiam omnem in eum regereret 11, 1, 22.

Regina. regina Berenice 4, 1, 19; r. omnium rerum oratio 1, 12, 18.

Regio. regiones etiam personis applicantur 4, 1, 30. regionum ac fluminum proprii (*venti*) 12, 10, 67. regionibus etiam discreta sunt (*genera piscium*) 5, 10, 21. fallunt verba regionibus (*oppt. Codd.* religionibus) quibusd. magis familiaria 8, 2, 13 *N. cr. et S.*

Regno. regnare in judiciis 10, 1, 112; (*eloquentia*) hic regnat, hic imperat, hic sola vincit 7, 4, 24. regnare maxime modum 11, 3, 181.

Regnum. an regnum affectet Manlius 7, 2, 2. 5, 9, 13. regni affectatorem 5, 13, 24. C. Caesari suadentes regnum affirmabimus, stare jam remp., nisi uno regente, non posse. Nam qui de re nefaria deliberat, id solum quaerit, quo modo quam minimum peccare videatur 3, 8, 47 *N.*; nunquam hoc continget malis moribus regnum 5, 12, 19.

Rego. reget consilia 1, 10, 3. *cf.* 12, 1, 26. haec eloquentiam regunt 6, 2, 4 *N.* vis regendorum omnium — belli — maris 3, 7, 8. nisi uno regente 3, 8, 47; quae consilio reguntur (*edd. Cic.* geruntur) 5, 14, 7 *N. cr.* regere consiliis urbes Pr. 10. r. consiliis senatum 2, 16, 19. manum suam manu superimposita regentis 1, 1, 27. an providentia regatur mundus 7, 2, 2. *v.* Providentia. (*resp.*), quae populi *etc.* potestate regerentur 5, 10, 65. plures eloquentiae facies, sed stultissimum quaerere, ad quam se recturus sit orator 12, 10, 69.

Regredior. ad formandos animos regressi Pr. 14. regredi (*a. l.* redire) in id 10, 6, 5 *v.* Digredior.

Regressio. (*fig.*) ἐπάνοδος dicitur Graece, nostri regressionem vocant 9, 3, 35.

Regula. nec abnuerim *tegulae* regulaeque et similium his rationem 1, 6, 33 *N.* loquendi r. 1, 7, 1. emendate loquendi r. 1, 5, 1. r. sermonis 1, 6, 44. ut quorum (*verborum*) certissima sit reg. in consuetudine 10, 2, 13; secundum communem potius loquendi consuetudinem, quam ipsam veritatis reg. 11, 1, 12. ad legem ac regulam compositum esse 12, 10, 50. locuti sunt ad hanc reg. et diligentiam 9, 4, 4; dubium (*jus*) regulā examinandum est 12, 3, 6.

Rejectio. rej. in alium (*fig. ap. Cic.*) 9, 1, 30. velut rejectione facta ad optimum pervenire 7, 1, 34 *N.*

Rejicio. I) *proprie:* tum sinus injiciendus humero, cujus extremam oram non rejecisse non dedecet 11, 3, 140. rejicere a sinistro togam, et si haereat, dejicere sinum *ib.* 144. rejecta in humerum toga *ib.* 131. *cf.* 164; interim velut rejici solet (*gestus*) *ib.* 105. II) *transl.:* facilius, quod rejici, quam quod adjici possit, invenient 6, 3. 5.

Relatio. I) *proprie i. q. reductio:* [quae (*membranae*) crebra relatione, quoad intinguntur calami, morantur manum (*sic ed. Sp.; v.* Relictio) 10, 3, 31 *N. cr. et S.*] II) *fig. ap. Cic.* (*a. l. om.*) 9, 1, 35. relationem quid accipi velit (*Cic.*) non intelligo. Nam si ὑπαλλαγὴν, aut ἐπάνοδον, aut ἀντιμεταβολὴν dicit, de omnibus locuti sumus 9, 3, 97; amplificationis genus ex relatione ad aliquid 8, 4, 21. III) *i. q. narratio:* bene a quoque dictorum rel. 2, 7, 4. causarum r. 6, 3, 77. r. meritorum 4, 1, 13. nostrorum dictorum factorumque imitatio per relationem 9, 2, 59; novitate ac varietate magis, quam si relatio (*a. l.* elatio) sit recta, delectat *ib.* 66 *N. cr.*

Relēgo. mala ad crimen fortunae relegamus 6, Pr. 13 *N.* totam (*partem*) ad solos auditores relegasse 3, 7, 1. rationem rectae honestaeque vitae ad philosophos relegandam Pr. 10. interdum culpa in hominem relegatur 7, 4, 13.

Relĕgo. deinde relegentes inveniunt, ubi posuerint (*verba*) 11, 2, 23.

[**Relictio.** quae (*membranae*) crebra relictione (*sic Z. de conj.*; *Codd.* relatione), quoad intinguntur calami, et repetitione morantur manum 10, 3, 31 *N. cr. et S.*]

Religio. I) *sanctum quodd. vinculum:* ut tanto clarior futura sit fides ac rel. in pronuntiando 11, 1, 75. scientiam in testibus et religionem: ingenia esse in argumentis 5, 7, 33; vetera majestas quaed. et, ut sic dixerim, religio commendat 1, 6, 1. cautiores ad custodiam suae religionis judices facit 6, 1, 20 *N.* aut vita se tuebitur, ut eum non sit credibile pejeraturum, aut ipsa vi religionis (in qua plus fidei consequetur, si *etc.*) 5, 6, 2. ἀποσιώπησις ostendit aliquid — solicitudinis vel quasi religionis 9, 2, 54. II) *imprimis ad Deos pertinet:* ut a religione superstitio distat 8, 3, 55. praecedat semper aliquid necesse est, ut in ludis honor Deorum; in theatro, non inutilis laborum remissio — et nihilo minus ead. illa religio, cum theatrum veluti quodd. illius sacri templum vocabimus 3, 8, 29. cujus mihi religionis (*i. q. precationis*) non haec sola ratio, quae maxima, est 4, Pr. 6 *N.* cujus (*Jovis in Elide*) pulchritudo adjecisse aliquid etiam receptae religioni videtur 12, 10, 9. ad religionem deum comparata lex 2, 4, 34. grandia et antiqua robora jam non tantam habent speciem, quantam religionem 10, 1, 88. sacerdotum nomine ac religione saltatio durans ad hoc tempus 1, 11, 18. de auguriis, responsis, religione denique omni 12, 2, 21; morum ac religionis ejus reip. scientia 12, 3, 1.

Religiosus. r. judex 4, 1, 9. r. necessitudo 1, 2, 20. *v.* Honestus.

Relinquo. I) *absolute:* ut relinquerent (*urbem*) 9, 2, 92. cetera majoris operis ac spiritus Latini praeceptores relinquendo necessaria grammaticis fecerunt 1, 9, 6. hi (*grammatici*) non satis credunt, excepisse, quae relicta erant 2, 1, 2. non — affectum, cum ad summum perduxerimus, relinquamus 6, 1, 29. relictis magistrorum auctoritatibus 2, 13, 7. curam morum reliquerunt Pr. 13. nihil post actum operis relinquit 2, 18, 1. reliquit vero hanc partem causae (*adversarius*) 6, 1, 4. *cf.* 6, 4, 1. quae relinquenda, quae contemnenda sint, judicare 9, 2, 4. *v.* Contemno. quaedam etiam clausulae sunt claudae atque pendentes, si relinquantur: sed sequentibus suscipi ac sustineri solent 9, 4, 70. II) *relat.* α) transtulit puellam, tanquam in gremio fratris relicturus 6, 1, 39; reliquisse signatam pecuniam 5, 11, 33. servus testamento relictus 5, 10, 67; relinquendae in utrolibet genere contra erunt vacuae tabellae 10, 3, 32. in oratione, quam pro Milone scriptam reliquit 4, 2, 25. *v.* Scribo. Theodorei solam relinquunt ultimam partem 4, 2, 32. nihil dubii relinquamus 12, 3, 40. productio et correptio in dubio relicta 7, 9, 13. id quod relinquitur *opp.* totum 5, 10, 66; hic (*Homerus*) omnes et in omni genere eloquentiae procul a se reliquit 10, 1, 51. β) *c. Praedicato:* multa in his relinquuntur incerta 2, 10, 14. pro effectis relinquunt vixdum inchoata 5, 13, 34. idque ego injudicatum relinquo 10, 1, 67. in quo res quaecunque relinquitur intelligenda 9, 3, 61. ne hoc quidem neglectum reliquisse 1, 1, 29. γ) *adjic. Dat.:* an bona Παντaλέοντι relicta sint 7, 9, 6. nihil posteritati mansurisque mox literis reliquisse 12, 10, 49. *cf.* Pr. 1. abstemius primae (*syll.*) relin-

quet (*literam* s) 1, 7, 9; nihil sibi adv. me reliquit 6, Pr. 15. si plura aliis reliquerit 12, 3, 6. quem (*affectum*) melius tacitis cogitationibus reliquisset 6, 1, 44. libertatem sibi eloquendi relinquere 11, 2, 48. vix scio, cui reliquerit hujus nominis locum 12, 7, 4. cum turba laudantium destituunt subsellia, pugnamque decretoriam imperitis relinquunt 6, 4, 6; liberum relinquo opinaturis 1, 4, 21. pater tuus te nobis varium reliquit *Cic.* 6, 3, 48. aliqua relinquimus judicibus aestimanda 9, 2, 25.

Reliquiae. id in usu cotidiano quasd. reliquias habet 8, 5, 1. *v.* Frequens.

Reliquus. *α*) *Neutr.:* Totum falsum est hoc modo — reliquum fit verum sic 5, 10, 67. Quid reliquum est? (*fig.*) 9, 2, 60. filius, quod reliquum erat, exhausit 7, 2, 17. id iterum, et tertium, et dum nihil sit reliqui 7, 1, 27. everso, quo defendimur, reliquum est, quo premimur 7, 2, 12. id si non contingit, reliquum erit, ut *etc.* 5, 7, 19. omnis in reliquum gratia novitatis praecerpitur 4, 5, 4; *Aderat janitor carceris, et carnifex praetoris*, reliqua (*a. l. inscr.* et) 9, 4, 124. Reliqua jam aequitatis (*Sp. adjic.* sunt) 7, 1, 62 *Z.* reliqua in horum species cadunt 7, 2, 35. reliqua ead. fere vero fictoque hujusmodi certamine tractantur 2, 4, 36. cum ad (*a. l. om.*) reliqua (*a. l.* aliqua) non responderet 6, 3, 93 *N. cr.* ne illud spectans judex reliquorum defensioni sit adversior 7, 1, 11. *β*) *c. Nomin.:* Quid reliquorum Socraticorum elegantiam? 10, 1, 83. sit reliqua viro forti alia optio 7, 7, 8. [reducturos reliquum (*Amb.* 1. reddituros relicum; *Z. conjic.* relicturos) ordinem 4, 2, 83 *N. et S.*] reliquae interrogandi sunt partes 5, 7, 26. [*cf.* 7, 10, 16.] habet rel. partem, ut dicat 7, 2, 21. reliquas (*sc. contubernales; a. l.* reliquias temulentiae) circumjacere passim *Coel.* 4, 2, 123 *N. cr.*

Reluctor. diu sum equidem reluctatus Pr. 1. fractis aquis ac reluctantibus 9, 4, 7.

Remando. quasi eund. cibum remandendi (*Camp.* remordendi) 11, 2, 41.

Remaneo. ut non remaneant amoris vestigia, et sacra quaed. patris ejus memoria 11, 1, 59. unde adhuc remanet illud, Rogat, boni consulas 1, 6, 33. ap. quos remansit, quod oratori necessarium est 12, 2, 8. illud et in consuetudine remansit 9, 3, 14.

Remedium. hoc illis commune remedium est, si — appareat 11, 1, 72. in quibus omnibus commune rem. est, ut *etc. ib.* 87. ne hoc quidem infirmae memoriae r. est, nisi in iis, qui *etc.* 11, 2, 49. facile erat hujus metus r. 1, 2, 6. facile r. est ubertatis 2, 4, 6. adv. consulta senatus et decreta principum vel magistratuum r. nullum est, nisi *etc.* 5, 2, 5. si deerunt haec r., ad illa declinandum est 7, 2, 30; ut remedia perinde perseverent adhibere vel desinant, ut illa recipi vel respui vident 6, 4, 19. *v.* Adhibeo. frequenter est vulnus in iis, et orator remedium inveniet 12, 8, 8. ut remedia, quae alioqui natura sunt aspera, molliantur 2, 4, 12; admirabili (*Sp.* in adm.) et turpi remediis opus est 4, 1, 41 *Z.* si quid periculosius finxisse videbimur, quibusd. remediis praemuniendum est 8, 3, 37. adv. reliqua uti remediis 4, 2, 101. *cf.* 11, 2, 29.

Remex. remigem cantus hortatur 1, 10, 16.

Remigo. volucres pennis remigare *Virg.* 8, 6, 18.

Remisse. alia concitate, alia rem. dicenda 10, 2, 23. *cf.* 12, 10, 71. remissius et pro suo ingenio pater Gallio 9, 2, 91.

Remissio. non inutilis laborum r. 3, 8, 29. r. vocis 1, 10, 25. danda est omnibus aliqua r. 1, 3, 8. modus sit remissionibus, ne aut odium studiorum faciant negatae, aut otii consuetudinem nimiae *ib.* 11.

Remitto. I) *proprie:* quattuor (*digitis*) remissis magis quam tensis 11, 3, 99. *cf.* 101. rem. humeris *ib.* 84. *v.* Humerus. intenti, rem. oculi *ib.* 75. tristitia deductis, hilaritas remissis (*superciliis*) ostenditur *ib.* 79. II) *transl.* α) finge nos — remittere vel etiam convinci 7, 1, 20; ut id, quod firmissimum duxerit se habere, remittat, et ad leviora transcendat 7, 1, 21. animos remittunt 9, 4, 11. *v.* Concito. remittere potius quam intendere cogitationem 10, 3, 24. velut remissa priore contentione 7, 8, 2. ita nec superior successu curam remittebat, et dolor victum ad depellendam ignominiam concitabat 1, 2, 24. quem (*dolorem*) si usquam remiserit 11, 1, 54. ad remittendam intentionem judicis, quam adversario praestat 4, 1, 38. *cf.* 11, 1, 53; quae res poenam advocati remiserit 7, 1, 60. remissa quibusd. temporibus ciborum *etc.* certa necessitate 10, 5, 15; cui objectum crimen — remiserat Claudius 8, 5, 16. si qua fuerint minus effecta, imperitanti fortunae remittantur 6, Pr. 15; ex quibus aliqua citra summam quaestionem remitti solent 7, 1, 22. remittendum aliquid ex cura verborum 10, 7, 22. β) *Partic.:* sunt quidam, nisi institeris, remissi 1, 3, 6. *v.* Lentus; rem. affectibus 10, 1, 73. egressiones r. 11, 3, 164. *v.* Lenis. tum intentis, tum remissis modis 11, 3, 17. hae particulae prout sunt remissae, exultantes 9, 4, 69; vox, ut nervi, quo remissior, hoc gravior et plenior; quo tensior, hoc tenuis et acuta magis est 11, 3, 42. vehementi remissius atq. vehementius (*aliquid*) invenitur 12, 10, 67. III) *ad aliquem i. q. rejicio:* non igitur jam usque ad Coccum et Andocidem remittemur 12, 10, 21; a quibus appellatum erit, si forte ad eosd. remittemur 11, 1, 76.

Remotio. argumentorum genus ex remotione 5, 10, 66 *N.*

Removeo. I) *proprie:* togam inde removere 11, 3, 124. brachia a latere modice remota *ib.* 159. adjecta secundae syllabae *s* litera *opp.* remota 1, 7, 4. propinquus an remotus (*locus*) 5, 10, 37; (*membrum*) remotum a ceteris vim non habet 9, 4, 123. II) *transl.* α) quartum (*statum*) ex generalibus posse removeri 3, 6, 67. simul removentur omnia 5, 10, 68. nunquam tolletur a specie genus, nisi omnes species, quae sunt generi subjectae, removeantur (*optt. Codd.* praemov.) *ib.* 57 *N. cr. et S.*; *Abl. abs.:* ceteris remotis solum id superesset 7, 1, 31. remoto personarum complexu 3, 6, 57. qua (*orandi facultate*) remota muta sunt omnia 12, 11, 30. remota finitione 7, 3, 32. remota refutandi cetera mora 8, Pr. 3. remota ratione honesta 12, 1, 39. remotis personis et temporibus et locis 3, 5, 5. rem. vitiis 1, 5, 34; quod sit magis remotum (*verbum*) 8, Pr. 31. *v.* Antiquus. verbis remotioribus (*a. l.* temerioribus) 10, 1, 31. β) *adjic. ab:* removere a se, in alium trajicere (*fig.*) 9, 2, 4. *v.* Damno. removerunt totum hoc genus a praeceptis 5, 1, 2. *cf.* 3, 7, 1; *Partic.:* tam procul a cognitione eorum (*poëtarum*) remotus 10, 1, 57. remotus non ab eruditione modo sed a sensu hominis 2, 17, 3. quam maxime remotus ab omni affectatione 3, 8, 62. materiae rem. ab affectibus 3, 5, 2. remota a causa *opp.* quae sunt in re 4, 2, 49. (*quaestiones*) rem. a personis propriis 3, 5, 8. ab omni prorsus usu dicendi remotus 3, 11,

24. *v.* Usus. remotum a veritate 12, 10, 40. *cf.* 2, 4, 2. artes a virtute rem. 2, 20, 7; remotum curā (*a. l.* a cura) decoris 11, 1, 89.

Renideo. hilarior renidet oratio 12, 10, 28.

Renovo. virtus, quae risum judicis movendo — animum aliquando reficit, et a satietate vel a fatigatione (*a. l. utrumque* a *om.*) renovat 6, 3, 1. *v.* Reficio. ars variandi renovat aures 11, 3, 44. fatigata (*facundia*) renovatur 10, 5, 14. ne renovaret domus pudorem 11, 1, 83; renovati ac recentes 1, 3, 9.

Renuntio. I) cum — mandamus, renuntiamus *etc.* (*in orando*) 3, 4, 3. quousque sit legatus? quoniam alii in renuntiando sunt (*Libri omnes* aliae, *quod Sp. ad legationes refert; Z. conjic.* q. alienae res nuntiandae s.) 7, 4, 36 *N. et S*; qui primum renuntient sibi, quanta sit humani ingenii vis, —. Tum cogitent *etc.* 12, 11, 10 *N.* II) *i. q. me abdico:* civilibus officiis renuntiabit 10, 7, 1.

Renuo. annuendi, renuendi, confirmandique motus 11, 3, 71. *v.* Annuo. Affirmo.

Reor. reor tolerabile (*Sp. jungit* horridum reor) 8, 3, 26; nec urbium conditores, reor, aliter effecturos fuisse 2, 16, 9. [indicandum est (*Sp.* reor,) esse quaed. *etc.* 5, 8, 4]; id amplius atque augustius ratus 12, 10, 5. opportunius ratus 11, 3, 31; *Pass.* testamenta legibus facta rata sint 3, 6, 96.

Repandirostrus. Nerei repandirostrum pecus *Pacuv.* 1, 5, 67.

Reparo. intermissam historias scribendi industriam nova laude reparavit 10, 1, 75. velut attrita cotidiano actu forensi ingenia reparantur *ib.* 27. *v.* Reficio.

Repello. α) *de hominibus:* qui curavit, ut vim afferat, ut hostis, debet etiam ut hostis repelli 5, 14, 22. argumentum ducet ex ipsa, qua repellitur, lege 3, 6, 102. illa, cum filii caput impugnaret, fortiter fuit repellenda 11, 1, 62. β) *de rebus:* repellere, quod laedit 4, 1, 27. idem illud vultu aversari, manu repellere 11, 3, 70. quotiens crimen non repellendum tantum sed etiam transferendum erit 4, 2, 26. *v.* Refello. an a genere actionis repellatur (*factum*) 3, 10, 5.

Repercutio. repercutiendi multa sunt genera: venustissimum, quod similitudine aliqua verbi adjuvatur 6, 3, 78. aliena aut repercutimus *etc.* *ib.* 23. nihil, quod in lacessendo dici potest, non etiam in repercutiendo *ib.* 46.

Reperio. I) *quae sunt vel antea fuerant.* α) *Act.:* si particulas, quas ceris mandamus, nisi in solitudine reperire non possumus 10, 3, 30. [nec usquam plus loci reperit (*de conj. Regii; Codd.* recipit) urbanitas 6, 4, 10.] nec modum reperiemus 6, 3, 35. hic vim Caesaris, indolem Coelii *etc.* reperiemus 12, 10, 11; plures reperias et faciles in excogitando *etc.* 1, 1, 1. *cf.* 5, 10, 21. 12, 2, 14. 12, 10, 10. β) *Pass.:* quae potest materia reperiri ad graviter copioseque dicendum magis abundans 12, 2, 28. sic prope innumerabiles species reperiuntur 12, 10, 67. *cf.* 6, 3, 42. si quantum de quaque re dici potest persequamur, finis operis non reperietur Pr. 25. doctores artis sero jam repertos 2, 17, 7. repertum esse aliquem malum virum summe disertum 12, 1, 23; [quanquam illi epodos intervenire reperiatur 10, 1, 96 *N. et S. v.* Epodus]; reperto, quod est optimum 2, 15, 38. γ) *c. Praep. in:* quae virtus in nullo reperta est 8, Pr. 14. *cf.* 12, 11, 21. neque omnibus in causis cuncta posse reperiri 5, 10, 122. *cf.* 103.

non in omni editione reperitur versus 5, 11, 40. omnes res in tribus fere generibus reperiri, demonstrativo *etc.* 8, Pr. 6. metrici pedes reperiuntur in oratione 9, 4, 52. Argumenta reperiuntur aut in quaestionibus — aut in ipsa causa, cum invenitur aliquid in ea, non ex communi ratione ductum 5, 8, 6. *v.* Invenio. δ) *c. Praep. inter:* gentes quoque ac loca et alia multa reperias inter nominum causas 1, 4, 26. cum ironia tam inter figuras sententiae quam inter (*a. l. bis* in) tropos inveniatur 9, 1, 3. ε) *c. Praep. apud:* cujus ap. Virgilium multa exempla reperio 8, 3, 79. semina ejus ap. Aristotelem reperiuntur 3, 6, 61. *cf.* 5, 14, 32. 9, 2, 37. rarissima ap. illos reperietur illa — servitus 7, 3, 16 *N. cf.* 10, 1, 25. ap. nostrorum neminem haec observatio reperiatur 1, 5, 43. ζ) *seq. Pron. relat.:* nisi aliquid reperitur, quod intersit 11, 1, 79. cum etiam philosophi quid. sint reperti, qui — negarent 5, 6, 3. *cf.* 7, Pr. 4. nonnullos reperias (*a. l.* reperies), qui sibi eloquentiores videantur 12, 6, 6. aliqui reperiuntur, qui ne id quidem evitent 6, 3, 32. quem posse reperiri, qui non metuat 7, 2, 37. *cf.* 12, 8, 1; paucos et vix ullum ex his — posse reperiri, quin allaturus sit utilitatis aliquid 10, 1, 40. η) *seq. Interrogatio:* quid amplius debeam optare, non reperio 4, 1, 51. *cf.* 5, 11, 31. qui satis perite, quae essent probationibus utilia, reperirent 6, 2, 3. II) *nova:* α) quidquid interim reperit (*cogitatio*) 11, 2, 3. hoc reperire difficilius, quam, cum inveneris, argumentis adjuvare 5, 10, 116. cur nefas est, reperiri aliquid a nobis 10, 2, 5. *cf.* 9, 3, 90. medicina ex observatione salubrium reperta est 2, 17, 9. poëma imperito quodam initio fusum — mox in eo pedes repertos 9, 4, 114. eloquendi rationem novissime repertam paucissimisque tentatam 12, Pr. 3. alia nativa, alia reperta (*verba*) 8, 3, 36. β) in quarum exercitationem reperta est (*declamatio*) 2, 10, 4. neque enim narratio in hoc reperta est, ut tantum cognoscat judex 4, 2, 21. postquam agere causas non ad utilitatem patronorum repertum est 4, 3, 2. ad inferendam rebus lucem repertae sunt similitudines 8, 3, 72. permovendis animis *etc.* plerumque translatio reperta est 8, 6, 19. propter quod maxime repertus est usus orationis 12, 10, 72.

Repertor. legum repertores 2, 16, 9.

Repetitio. I) *proprie:* crebra relictione — et repetitione (*Sp. om.*) morantur manum 10, 3, 31 *S.* II) *in dicendo:* rerum rep. 6, 1, 1. *v.* Congregatio. *cf.* 6, 1, 20. a primo repetitio (*fig. ap. Cic.*) 9, 1, 33. post aliquam interjectionem rep. 9, 3, 29; effugiendae rep. gratia 10, 1, 7. alia repetitione, alia commoratione infigere 9, 2, 4. in repetitionibus nimium 12, 10, 12; primorum verborum alterna rep. 9, 3, 32. brevi rep. rerum 4, Pr. 6. hanc frequentiorem rep. πλοκὴν vocant 9, 3, 41. frequentiorem ejusd. nominis rep. 9, 1, 24. rep. probationis ejusd. 8, 3, 88. nihil est odiosius recta illa repetitione 6, 1, 2.

Repeto. I) α) bona ap. Centumviros repetentes 7, 4, 10. efferentium praedas repetentiumque 8, 3, 69. velut rebus repetitis 12, 2, 9. actio repetentium jure, quod vi sit ablatum 5, 10, 113; repetundarum causae 4, 2, 85. 5, 7, 5. rep. crimine 4, 2, 15. rep. reus 4, 2, 69. β) repetito ultra laevum humerum gestu 11, 3, 118. bis cavere, bis repetere (*ictum*) 5, 13, 54. repetito vulnere orbitatis 6, Pr. 2; cum est memoria repetenda, incipiunt ab initio loca haec recensere *etc.* 11, 2, 20. repetitus ordo 11, 2, 28. 38. calor ille cogitationis — velut repetito spatio sumit impetum 10, 3, 6; caput exeruit mobile pinus repetita *Vers.* 9, 4, 90. incesti damnata et praecipitata de saxo vixit: repetitur 7, 8, 3. γ) repetitis altius causis 11, 1, 62. altius repetita

percontatione 5, 7, 27. nunc altius omnis rei repetenda ratio est 6, 2, 2; longius res, quae comparentur, repetere 5, 11, 23. longius interrogatione repetita 5, 7, 17. *δ*) repetere auctoritatem a plurimis versibus 5, 11, 39. causas non utique ab ultimo esse repetendas 5, 10, 83. ab oratoribus exempla repetunt *ib.* 120. verba a vetustate repetita 1, 6, 39. *cf. ib.* 40; ex memoria potius repetimus (*a. l.* res petimus, *quod praeferendum videtur*). quam ex materia 10, 6, 7. res vetustas tanto ex intervallo repetitas 11, 2, 5. locos ex intima quaestionum subtilitate repetitos 1, 4, 4. nec ex ultimis tenebris repetenda (*verba*) 8, 3, 25. repetitis ex vetustate verbis 11, 1, 49. II) *quae dicta vel scripta sunt.* **α**) lectio libera est, nec actionis impetu transcurrit: sed repetere saepius licet, sive dubites, sive memoriae affigere velis 10, 1, 19. erunt cognitis omnibus repetenda *ib.* 21. ad verbum repetita reddantur 11, 2, 39. est et illud repetendi genus, quod semel proposita iterat et dividit 9, 3, 35. *β*) *c. Obj.:* neque hoc neque superiora in oratore repetit (*Cic.*) 9, 3, 97. oratio carens hac virtute (*i. e. ordine*) necesse est multa repetat, multa transeat 7, Pr. 3. quod satis dictum est, repetimus 8, Pr. 24. repetunt et componunt, quae effuderant 10, 3, 17. in experiendo, teneasne — nihil supervacui temporis perit, quo etiam, quae tenemus, repeti solent; ita sola, quae exciderunt, retractantur 11, 2, 35; illa Sallustiana brevitas — audientem transvolat, nec dum repetatur, expectat 4, 2, 45. repetam hic quoque idem exemplum 8, 4, 12. nomina mutatis casibus repeti 9, 3, 80. iique (*pedes*) repetendi erunt 9, 4, 95. interim sententia quidem repetitur, sed eod. verborum ordine 9, 3, 43. verba declinata repetuntur *ib.* 85. ut repeterent vota, et velut nova precatione uterentur 4, Pr. 4; memoria repeto, convictos a me, qui reprehenderant 1, 6, 10; de mutatione literarum nihil repetere hic necesse est 1, 7, 13; *seq. Acc. c. Inf.:* repetam necesse est, infinitas esse (*species*) 6, 3, 101. repetendum est mihi, non omnes eos (*locos*) oratoribus convenire *ib.* 46.

Repleo. quae replenda vel dejicienda sunt 10, 4, 1.

Replico. velut quodam fastidio replicantur (*labra*) 11, 3, 81.

Repo. quid non adultus concupiscet, qui in purpuris repit 1, 2, 6.

Repono. I) *in pristinum locum restituo:* ungues polire et capillum reponere (*a. l.* componere) 8, Pr. 22 *N.* cervicem reponunt et brachium in latus jactant 4, 2, 39 *N.* interim quartus (*digitus*) oblique reponitur 11, 3, 99. togam dejicientem et reponentem 6, 3, 54. *cf.* 11, 3, 149; nec facile reponit aliud (*verbum*), dum id, quod scripserat, quaerit 11, 2, 49; ut opportuna — interrogatione velut in gradum reponantur (*testes*) 5, 7, 11. excidentes unius admonitione verbi in memoriam reponuntur 11, 2, 19. II) *i. q. recondo:* reponere in hiemem alimenta 2, 16, 16. scripta in aliquod tempus reponuntur 10, 4, 2; velut frigidi et repositi cibi 2, 4, 29. repositus thesaurus 2, 7, 4. acquisita facultate et quasi reposita 8, Pr. 29; in quo spem unicam reponebam 6, Pr. 2; illa, quae scriptis reposuimus, velut custodire desinimus 11, 2, 9.

Reporto. infantem suam frigidissime reportavit (*in judicio*) 6, 1, 39.

Reposco. *α*) reposcere, quae deposueris 9, 2, 63. *v.* Depono. quod cuique loco crediderunt, reposcunt 11, 2, 20. ad eos auctores recurrere, qui desertam partem oratoriae artis occupaverunt, et veluti nostrum reposcere Pr. 17. *β*) *c. duplici Accus.:* centum talenta mutua Thessalis dedisse Thebanos — postea Thebani reposcunt Thessalos 5, 10, 111. reposcenti filium patri velut rationem impendio-

rum 1, 10, 18. cum rationem facti reposcerentur (*a. l.* reposceret) 6, 3, 10.

Repraesentatio. *v.* Evidentia.

Repraesento. aut in repraesentandis aut imitandis affectibus 11, 3, 156. per quas (*visiones*) imagines rerum absentium ita repraesentantur animo, ut eas cernere oculis ac praesentes habere videamur 6, 2, 29. *cf.* 6, 1, 31. exemplorum, legum *etc.* velut quasd. copias ead. illa vis (*i. e. memoria*) repraesentat (*a. l.* praesentat) 11, 2, 1 *N. cr.* repraesentatis judiciis continuo agendi 10, 7, 2.

Reprehendo. *α*) quod reprehendit Lauranius, Messala defendit 9, 4, 38. *cf.* 9, 3, 13. 11, 1, 25. illa acute reprehenduntur 5, 13, 34. quod ut est reprehendendum, ita copiae vitium est 10, 1, 62. *v.* Excuso. a doctis inter ipsos etiam mutuo reprehensa 10, 2, 15; aliena reprehendimus *etc.* 6, 3, 23. *v.* Elevo. palam contraria et supervacua *etc.* reprehendere nullius artis est 5, 13, 16. stulta reprehendere facillimum est 6, 3, 71. non causa reprehenditur sed actor 5, 13, 37. leges aliquando totas, aliquando ex parte reprehendi 2, 4, 39. mores reprehenderunt 12, 1, 14. non immerito reprehenditur pronuntiatio et vultuosa *etc.* 11, 3, 183. vitia reprehendi 2, 5, 16. *β*) *c. Ablat.:* non erit hac calumnia reprehendendus 12, 10, 43. pleraque, quae natura non sunt reprehendenda — turpia habeantur 11, 1, 47; [proprii quidam *etc.* soni, quibus nonnunquam nationes reprehendimus (*Z. de conj. Burmanni* depreh.) 1, 5, 33 *N.*] *γ*) *c. Praep. in:* in quo nihil aut desideretur aut reprehendatur 10, 2, 9. *cf.* 8, 6, 40. 11, 1, 78. *v.* Laudo; reprehensus est in hac parte non mediocriter 11, 1, 17. Demetrius tanquam nimius in ea (*veritate*) reprehenditur 12, 10, 9. ut quisque aetate *etc.* praecedit, magis in ea (*impudenti etc. actione*) reprehendendus 11, 1, 29. *γ*) *seq. Conjunctione:* qui reprehenderant, quod hoc verbo usus essem 1, 6, 10. verum ea — ne quis credat eo reprehendenda, quod multos cognovimus, qui *etc.* 12, 3, 11. ideoque reprehenditur, tanquam orationem ad rhythmos alliget 9, 4, 53.

Reprehensio. (*fig. ap. Cic.*) 9, 1, 34. *v.* Praesumtio. brevem negligentiae repr. 5, 13, 10. cum esset facilis reprehensio (*Sp.* responsio) 6, 3, 91 *Z.* [si (testes) perseveraverint, reprehensio (*Sp. cum Codd.* responsio) facilior 5, 7, 14 *S.*] illae reprehensiones aut obscuritatis — aut infantiae in dicendo *etc.* animo dantur aut justis odiis 5, 13, 38. *v.* Laus; si reprehensionem non capit ipsa persona 5, 7, 1. imperitis quoque ad repr. notabilia videntur 9, 4, 33. aliquis citra repr. nitor 8, 5, 34. *cf.* 1, 5, 64; sine repr. 1, 5, 14. 1, 11, 18. cum personae potentes obstant, sine quarum repr. causa teneri non possit 9, 2, 68. reprehensione digna 2, 3, 4. mollior nonnunquam cum repr. diversae partis imitatio 11, 3, 165. nihil horum caret reprehensione 1, 6, 44; *passive:* ut ipsa ejus reprehensio laude aliqua non indigna sit 3, 11, 22 *N.*

Reprobo. diis non reprobantibus 6, Pr. 3.

Reptatio. illa per manus et genua reptatio 1, 12, 10.

Repudio. 1) *generaliter i. q. respuo:* saepe secubanti amatorium dedit; eundem (*Sp. om.*) repudiavit 7, 8, 2 *N. cr.* a quibusd. tota res repudiatur 9, 2, 69. quemadmodum ab Archidemo qualitas exclusa est, sic ab his repudiata finitio 3, 6, 33. *v.* Persequor. quam legem mos publicus repudiavit *ib.* 84. si recepta sunt (*nova verba*), modicam laudem afferunt, repudiata etiam in jocos exeunt 1, 5, 71. repudia-

tus vigintiviratus 12, 1, 16. totidem figuras quot affectus repudiandi 9, 1, 23. II) *de divortio:* occidisti uxorem ipse adulter: non ferrem te, etiamsi repudiasses 8, 5, 31.

Repudium. simpliciores illae (*controversiae*) injusti repudii 7, 4, 38.

Repugno. *α*) taciti repugnant 2, 6, 3. longam facit operam, quod repugnamus: brevis est institutio vitae honestae beataeque, si credas. 12, 11, 12. naturas mitigare, qua repugnabunt 4, 1, 17. *v.* Competo. res prout congruunt aut repugnant 7, 2, 57; *Partic.:* repugnantia 5, 11, 31. *v.* Consequens *sub* Consequor. non repugnans (*credibilium genus*) 5, 10, 16 *v.* Propensus. rep. leges 5, 10, 107. probationum aliae sunt necessariae, aliae credibiles, aliae non repugnantes 5, 8, 6; quasi ad repugnandum congressa defensio 3, 6, 13. *β*) *c. Dat.* a) ne illis quidem nimium repugno 12, 10, 45. *cf.* 5, 11, 2. repugnantes eos (*qui in epilogis excitantur*) patronis saepe vidi 6, 1, 38. diu etiam mutantibus repugnandum 1, 6, 20; cui rei praecipue repugnat Cornelius Celsus 3, 6, 13. *cf.* 3, 5, 3. licet sit aliquam in partem pronior, ceteris tamen non repugnabit 2, 8, 13. vel fateri, quae volumus, vel iis, quae jam dixerit, repugnare 5, 7, 18. asperioribus illis minus repugnabit 4, 5, 20. cum historiae cuidam tanquam vanae repugnaret 1, 8, 20. incommodis repugnandum 10, 3, 28. vim imperiosissimam et cui repugnari minime potest 6, 3, 8. b) cum sibi ipsa plurimis in locis repugnet (*analogiae ratio*) 1, 6, 12. quibus aut infirmitas naturae non sufficiat, aut diversitas repugnet 10, 2, 19. alicui manentium legum repugnare (*rogationem*) 2, 4, 35. si vel antecedentia vel insequentia tabulis repugnant 5, 5, 2; novitiis nostris per quot annos sermo Latinus repugnat? 1, 12, 9; sibi repugnantia 4, 2, 60. *γ*) circa quae si is, qui instituetur, non repugnaverit 8, Pr. 5; interdum repugnantibus (*Sp.* dum ne pugnantib.) inter se duabus (*praepositionibus*) 1, 5, 65 *Z.*

Requiesco. lacrimis fatigatur auditor, et requiescit, et ab illo, quem ceperat, impetu ad rationem redit 6, 1, 28. sive requiescit labor ille, cujus sibi ipsa fatigatio obstabat 11, 2, 43. et stilus lectione requiescit, et ipsius lectionis taedium vicibus levatur 1, 12, 4; requiescendum in hac lectione 10, 1, 27.

Requiro. I) *i. q. quaero:* requirebat, Ubi essent eae possessiones 6, 3, 44. tota actione respiciunt, requiruntque, num aliquid ex illis intervelli *etc.* possit 12, 9, 17. membra requirentes ad sepulturam propinqui 11, 2, 13. subito res vetustas reddere se et offerre: nec tantum requirentibus, sed etiam sponte interim *ib.* 5. nihil arcessiti et elaborati requirente (*sermone*) 12, 10, 40 *N. cr.* quae priores invenerunt, nobis non sunt requirenda 5, 10, 121. *cf.* 5, 12, 11; sive ex historiarum veterum notitia nomina hominum *etc.* requiramus 1, 6, 31. quod si quis parum credat, ap. ipsum in nono requirat 1, 7, 19. haec plerumque in altercatione aut in rogandis testibus requiruntur 6, 3, 46. II) *i. q. desidero:* sic ut nihil sit in his requirendum 2, 20, 10. ne quid studiosi requirant, etiam si quid erit, quod ad scholas pertineat proprie, in transitu non omittemus 2, 10, 15. aliquae (*orationes*) ad cognoscendam litium quaestionem recte requirentur 10, 1, 23. III) *Partic.:* Quid? quod quaedam requisita se occultant, et eadem forte succurrunt? 11, 2, 7. ut non (*Sp. inser.* ad) requisita respondere, sed ut semper sensibus inhaerere videantur 8, Pr. 30 *Z.* Ad requisita naturae *Sall.* 8, 6, 59 *N.*

Res. *α*) *c. Attributo.* a) *Sing.:* aliena r. 1, 1, 28. r. ardua *ib.* 10. r. nova, magna, atrox, pertinens ad exemplum 4, 1, 33. bonae rei gratia 8, 6, 57. r. capitalis 7, 3, 33. communem r. 9, 2, 21. *cf.* 8, 2, 8. r. controversa 3, 5, 18. 5, 9, 2. r. denominata *opp.* communis appellatio 3, 6, 41. r. facilis ac parva 2, 13, 2. r. factae expositio 4, 2, 31. r. familiaris 12, 1, 6. 12, 7, 9. r. furtiva 5, 13, 49. r. improba 4, 1, 42. re infecta 9, 3, 73. inopinatae rei 6, 1, 39. in re leviore 11, 1, 63. r. levissima *ib.* 44. r. major 4, 2, 120. r. militaris et rusticae 12, 11, 24. de re minore 6, 3, 111. r. modica dictu 1, 1, 37. r. in oratore praecipua 2, 13, 2. in r. praesentem 6, 1, 31. *cf.* 9, 4, 117. r. propositam 6, 4, 20. r. sacram 7, 3, 10. in r. tristi 9, 4, 28. r. universa 9, 2, 40. r. uxoriae 7, 4, 11. verae alicui r. 4, 2, 89. *v.* Verus. b) *Plur.:* extrinsecus r. adductis 12, 9, 8. r. ampliores 3, 8, 61. in r. animalibus 8, 6, 9. r. indignis, asperis, invidiosis 6, 2, 24. *cf.* 9, 2, 92. in rebus parvis, tristibus, mitibus, magnis, laetis, atrocibus 11, 3, 116. *v.* Atrox. r. bonas 2, 11, 7. r. optimarum inventio 12, 1, 30. r. civiles 2, 15, 15. iisd. diversarum r. exemplis 9, 4, 44. divinarum humanarumque r. 12, 2, 8. *cf.* 10, 1, 35. in r. privatis ac domesticis 2, 21, 4. *v.* Domesticus. r. humanis 1, 2, 31. *v.* Humanus. r. nudas atque inornatas 2, 4, 3. laetis in r. 11, 3, 63. in magnis r. *opp.* in parvis 10, 1, 46. r. maximarum 6, 3, 9. *v.* Magnus. r. miserabiles 6, 1, 53. mutarum r. 11, 1, 41. in parvis (*r.*), quales sunt fere privatae 4, 2, 117. in r. minoribus 5, 14, 33. *v.* Parvus. in publicis privatisque r. 12, 1, 1. r. rusticarum 12, 11, 23. r. subjectas 2, 21, 7. summis de r. 10, 1, 29. r. tenues 1, 1, 35. r. vetustas 11, 2, 5. r. Graecarum nostrarumque 10, 1, 95.

β) *simpliciter.* a) *Sing.:* ita se res habet 10, 3, 15. cum res non gesta indicatur, sed ut sit gesta ostenditur 9, 2, 40. rem, de qua deliberatur, aut certum est posse fieri, aut incertum 3, 8, 16; *Genit.:* in vero actu rei 7, 2, 41. *cf.* 10, 1, 31. r. condicio 6, 1, 34. dicam, quae acta sint ante ipsum rei contractum; dicam, quae in re ipsa; dicam, quae postea 4, 2, 49. si qua est r. deformitas 8, 3, 39. in tanta r. difficultate 10, 2, 26. gratiam r. 8, 6, 51. imago r., cujus atrocitate *etc.* 6, 1, 32. de judicio r. 10, 5, 12. moram r. 12, 11, 19 *N.* natura ipsa r. 11, 1, 82. r. quadruplex observatio 11, 3, 151. ordo r. 11, 1, 53. *v.* Ordo. in argumentando cum r. signum est 8, 6, 22. rei studiosus 8, 3, 30. *v.* Studiosus; *Dat.:* quod rei prosit 5, 13, 37. quisquis r. satis fecit 12, 9, 7; *Accus.:* si ad rem pertineret 2, 11, 1. *v.* Pertineo. argumenta aut ex iis, quae ante r. facta sunt, aut ex conjunctis rei, aut insequentibus ducuntur 5, 10, 45; tanquam res agatur 7, 1, 26. *v.* Ago V, *γ*. operibus et cuniculis *etc.* rem geret 12, 9, 3. proprie et significanter r. indicare 12, 10, 52. in r. incidi, quae obtineri, nisi hac arte, non posset 9, 2, 73. cum judex non solum r. tenet 9, 4, 129; *Ablat.:* hic potest videri de re contentio 5, 14, 12. de re et generales quaestiones sunt et definitae 7, 2, 1. de re cognovisse 6, 3, 85 *N.* ibi atque e re natum 4, 1, 54. ex re sumitur (*consilium*) 6, 5, 4. qua ducum quisque ratione, in quali re (*Sp. om.*), tempore, loco sit sapienter usus 2, 5, 15 *Z.* multa quae sunt in re 4, 2, 49. *cf.* 6, 3, 40. major in re varietas 3, 8, 15. Dum stat acies, multi in re (*Z. de conj. Spaldingii* multi res) consilii atq. artis est, ut errantem adversarium trahas *etc.* 6, 4, 17 *N. et S.* b) *Plur.:* ea quae significantur, id est, res 3, 5, 1. Cic. quodam loco materiam rhetorices vocat res, quae sunt subjectae ei 2, 21, 5. *cf.* 8, 6, 23 *Z.* quidam pro illo, quem dixi, actu, subjiciunt res, id est πράγματα (*tanquam elementum quaestionis*) 3, 6, 28 *N.* res propriae sunt cujusque causae aut paucis communes 10, 1, 6. *cf.* 5, 10,

32. 7, 4, 6. rerum, qui nervi sunt in causis 8, Pr 18. tot se undique reb., ex quibus aliquam apprehendas, offerentibus 10, 5, 10. paulatim r. facilius se ostendent 10, 3, 9. ex quibus r. omnes initium duxerint 2, 17, 38; *Genit.:* inter medios rerum actus 10, 6, 1. nec imagine et ambitu rerum sed rebus incendit 10, 1, 16. signa r. et argumenta ita multa, ut etiam, qui de artibus scripserunt, plurimi harum r. testimonium ab hoc poëta petant *ib.* 49. ex cognitione rer. exemplorumque 10, 1, 34. r. copia Graeci auctores abundant 10, 5, 3. omnis r. copulatio 11, 2, 37. r. differentia 5, 13, 23. infra dignitatem r. 8, 2, 2. *cf.* 12, 1, 8. utilis r. ac partium in locos distributio 7, 1, 1. enumerationem r. 11, 3, 170. exempla r. 5, 13, 24. 12, 11, 17 *N.* r. experimentis atque operibus 12, 2, 7. imagines r. 1, 2, 30 *v.* Imago. inconsequentia r. foedissima 8, 6, 50. r. et modo et judicio 12, 10, 38. proposita r. magnitudine 10, 1, 48. maxima r. momenta 8, 3, 13. monumenta r. 12, 11, 4. r. natura 10, 3, 26 *v.* Natura. propria r. aliquarum nomina 10, 1, 11. vim r. atque ordinem 11, 2, 44. *cf.* 10, 6, 2 *v.* Ordo. r. perspicuitas 8, 2, 22. r. pondere 9, 4, 113 *v.* Pondus. prospectu r. 11, 2, 10. r. repetitio et congregatio 6, 1, 1. multa r. subtilitas 1, 4, 6. r. tenuitas *ib.* 7. vis r. 5, 10, 75; r. a se gestarum jactator 11, 1, 17. r. suarum judices 4, 1, 18. disertus r. suarum narrator 11, 1, 36. parens r. (*i. e. deus*) 2, 16, 12; rerum pulcherrima 1, 12, 16. *cf.* 12, 1, 32; *Dat.:* compositio rebus accommodata sit 10, 2, 13. cum vox propriam vim reb. adjiciat 11, 3, 9. plerumque optima rebus cohaerent 8, Pr. 21. parvi pedes vim detrahunt reb. 9, 4, 6; *Accus.:* res cito accepisse 12, 8, 3. intentio prae se res agat 10, 7, 10. augendi res minuendique 8, 6, 75. res non viderunt aut eas non collocaverunt 8, Pr. 17. r. invenire et disponere 10, 1, 4. docere et infigere animis r. 9, 4, 134. r. modo indicare 12, 10, 43. *cf.* 4, 1, 24. r. proponi singulas 6, 3, 15; velut reb. repetitis 12, 2, 9; *Ablat.:* quid invidiosum, favorabile *etc.* sit in rebus 6, 1, 11. occasioni et in rebus est tanta vis, ut *etc.* 6, 3, 13. cum in r. versemur iisdem 10, 1, 36.

γ) c. contrapositis. a) sonus in oratione varie pro rer. modo adhibetur 1, 10, 23. quo minus adjuvat sermo, rer. inventione pugnandum est 12, 10, 36. quotiens pulchritudinem rer. claritas orationis illuminat 2, 16, 10. *v.* Oratio. Latinum rei nomen non habemus 3, 6, 97. haec ead. genera commodius in reb. quam in nominibus respondent 6, 3, 54. ne ulli rei nomen deesse videatur 8, 6, 5. *v.* Nomen; omnis sermo habeat necesse est rem et verba 3, 3, 1. verborum moderatione detrahi solet, si qua est rei invidia 11, 1, 90. cum est in re — cum est in verbo (*figura*) 9, 3, 88. cum verba ipsa rerum gratia sint reperta 8, Pr. 32. rer. ac verborum contextum sequi 11, 2, 2. beatissima rer. verborumque copia 10, 1, 61. *cf.* 5. delectus rer. verborumque 10, 3, 5. non rer. modo sed etiam verborum ordinem 11, 2, 8. curam verborum, rer. esse solicitudinem 8, Pr. 20. nihil haec (*verba*) sine rer. substantia faciunt 2, 21, 1 *N.* rer. nimiam tenuitatem fortioribus verbis miscebimus 12, 10, 35; verba reb. aptabit 8, 3, 30. reb. atrocibus verba etiam ipso auditu magis aspera convenient 8, 3, 17. res ac verba connectere 2, 4, 15. ut res proponatur, verba non periclitentur 7, 3, 17. res ipsas, quae illo verborum habitu vestiuntur 8, Pr. 20. cum prorsus reb. ipsis adjuvantur (*verba*) 6, 3, 48. et reb. fit et verbis (*ὑπερβολή*) 9, 1, 5. ei vis omnis intendenda reb., et in praesentia remittendum aliquid ex cura verborum 10, 7, 22. in reb. intuendam inventionem, in verbis elocutionem 8, Pr. 6. Socrates ap. Platonem

dicere Gorgiae videtur, non in verbis esse materiam, sed in reb. 2, 21, 4. ab his (*poëtis*) in reb. spiritus et in verbis sublimitas petitur 10, 1, 27. vitium aut in verbis est aut in reb. 2, 4, 37. qui omnem quaestionem ponunt in reb. et in verbis 3, 5, 4. ut sit positum in reb. aut in verbis (*ridiculum*) 6, 3, 22. *cf.* 8, 3, 90; qui sibi res, voces, actus secundum verum optime fingit 6, 2, 30. avocat a cura vocis ille, qui ex rebus ipsis concipitur, affectus 11, 3, 25. b) qui totum opus (*oratorum*) in res et affectus partiuntur 3, 5, 2. *cf.* 11, 3, 152. cum et res et animus intelligitur 9, 2, 77. ubi res defendi non potest, de fine quaeritur 4, 4, 3. uni rei multiplex ratio subjungitur 9, 3, 96. res ac dispositionem inventioni dedit 3, 3, 7. saepius ad curam rer. ab elocutione respiceret 10, 1, 120. aut praecedit similitudo, res sequitur, aut praecedit res, et similitudo sequitur 8, 3, 77. neglecto rer. pondere et viribus sententiarum 9, 3, 100. hoc, quod vulgo sententias vocamus, dum rem contineant 12, 10, 48 *N. et S.* nihil dicitur, quod (*non*) rem maxime contineat 3, 6, 104. sensus non eand. imaginem quam res habent 11, 2, 24. c) Celsus qualitatem in rem et scriptum dividit 3, 6, 38. *cf.* 55. in re quaestionem instituamus an in scripto 7, 1, 13. scientia rer. an scriptorum copia 10, 1, 83. d) quia ad illum jus, ad hunc res transeat 5, 10, 116. in scripto sunt de jure (*quaestiones*), in non scripto de re 3, 5, 4. de re constat, de jure quaeritur 4, 2, 5. *cf.* 7, 5, 3. e) quae erant rerum, propria fecit hominis 8, 5, 7. interdum culpa in hominem relegatur — interim in rem derivatur 7, 4, 14. hominum vitia rebus assignant 5, 13, 35. complexus rer. personarumque 2, 1, 9 *v.* Persona.

δ) in circuitu dicendi. a) ubi solicitudine *etc.* res eget 9, 4, 128. cum r. exiget 10, 3, 3. plura quam r. desiderat 5, 7, 19. si r. feret 5, 2, 3. ut res tulit (*Sp.* vult) 3, 8, 53 *Z.* quam r. patietur plurima 12, 9, 16. cum r. poscet 2, 1, 12; gaudet r. varietate 9, 2, 63 *N.*; non erit r. nobis cum adversario sed cum judice 5, 13, 6; non est r. animi jacentis *etc.* 6, 4, 11. *cf. ib.* 17 *Z.*; ineptae sane cavillationis (*om.* res) 7, 9, 4. b) quo sit res lucidior 7, 3, 21. enthymema argumentum ipsum, id est rem, quae probationi alterius adhibetur, appellant 5, 14, 1. habet r. ipsa miram quand. in orationibus vim 11, 3, 2. pervenit haec r. frequentissime ad risum 8, 6, 74. *cf.* 11, 1, 91. hujus r. exemplum 4, 1, 35. *cf.* 11, 2, 16. in hanc r. compositi 5, 7, 7. in his rebus 9, 3, 102. in ea re doctus 12, 3, 3. est r. illa simplicior 5, 13, 2. (*om.* res) illa vero jucundissima, si *etc.* 6, 1, 4. (*cf. Z. ad Cic. Verr. IV*, 23. §. 51.) conveniatne r. talis 10, 1, 27. *cf.* 10, 5, 13. cujus rei probatio est *etc.* 5, 10, 120. *cf.* 11, 3, 8. in (*Sp. om.*) quam rem dederit (*beneficium*) 7, 4, 23 *Z. v.* Qui. nec res ulla dat alteri colorem, quem non ipsa habeat 6, 2, 28. *cf.* Pr. 5. 12, 11, 21. cujus naturam quibusd. in rebus factam duriorem 11, 1, 70. una in re maxime utilis 9, 3, 3. *cf.* 11, 3, 78. utriusque rei aptus modus desideratur 1, 10, 22. *cf.* 9, 1, 3. res duas in omni actu spectet 2, 13, 8. *cf.* 5, 10, 50. 7, 9, 14. id fieri tribus maxime rebus 4, 1, 5. omnium rerum imperita *Domit.* 9, 3, 66. a quibusd. tota res repudiatur 9, 2, 69. *cf.* 8, 6, 41. quantam rem petant 12, 11, 10. nulla res est, quae *etc.* 1, 3, 8. *cf.* 1, 6, 16.

Rescindo. de rescissis testamentis 5, 2, 1; sicut latentia vitia rescinduntur 9, 2, 93.

Rescribo. rescribere veteribus orationibus 10, 5, 20.

Reservo. posterorum se judiciis reservavit 11, 1, 10. locus majori operi reservandus 8, 5, 35. *cf.* 1, 7, 32. reservandi perorationi, an per

totam actionem diffundendi affectus 7, 10, 12. *cf. ib.* 13. elegia *etc.* amoveantur, si fieri potest; si minus, certe ad firmius aetatis robur reserventur 1, 8, 6. *v.* Servo.

Resideo. intempestive residentes (*qui in epilogis a patronis excitantur; Sp.* ridentes) 6, 1, 38 *N. cr. et S.;* si quando resederit praesens impetus 6, Pr. 14.

Resilio. I) quidam et resiliunt, quod est plane ridiculum 11, 3, 128. nonnunquam resilit (*manus*) *ib.* 106. II) *transl.:* resiliendum ab iis, quae non recipientur 12, 10, 56.

Sanguis. I) *proprie.* *α)* sanguinis detractio 2, 10, 6. corpora sana et integri sanguinis 8, Pr. 19. vestis sanguine madens 6, 1, 31. vestis sanguine perfusus *ib.* 30. *β)* per sanguinem caedes intelligitur 5, 9, 9. non animo sanguis et pallor *etc.* expirantis insidet? 6, 2, 31. periculorum ac sanguinis majora sibi deberi praemia 11, 1, 88. *γ)* sanguis ille, qui mentis habitu movetur, et, cum infirmam verecundia cutem accepit, effunditur in ruborem; cum metu refugit, abit omnis et pallore frigescit; temperatus medium quoddam serenum efficit 11, 3, 78. *δ) de cognatione:* turpes ac perniciosos, etiamsi nobis sanguine cohaereant 8, 3, 75. II) *transl.:* quis hominum liberi modo sanguinis 12, 9, 10; eum nimia contra se calumnia verum sang. perdidisse 10, 1, 115. non sola illa laetiora, qualia a Cic. dicuntur, — sed etiam illa quanquam plena sanguinis — non conveniant barbae illi atque tristitiae 11, 1, 34 *N.* sanguine et viribus niteat (*hic ornatus*) 8, 3, 6. minus virium ac sanguinis habeant declamationes quam orationes 10, 2, 12. *v.* Nervus; illa in agendis causis jam detrita, mittere sanguinem *etc.* 8, 6, 51 *N.*

Sanitas. si robur corporibus bonum est, non minus sanitas 5, 10, 89 *Z.* *v.* Robur. medicus sanitatem aegro promittit (*Sp.* aegri petit) 2, 17, 25. macies illis pro sanitate 2, 4, 9. *v.* Imbellicitas.

Sano. cum pater ejus aegrotaret, sanaturum se dixit 7, 2, 17. facere quam sanare vulnera facilius 5, 13, 3. saepe ipsis ea (*vitia*), qui sanandi sunt, occulentibus 12, 8, 10.

Sanus. I) *de corpore:* sanus ac robustus 2, 10, 6. corpora sana et integri sanguinis 8, Pr. 19. II) *transl.:* si modo est sanus 3, 8, 59; si vox primum fuerit, ut sic dicam, sana 11, 3, 32. pressa demum et tenuia — sana et vere Attica putant 10, 1, 44; [in malaco sanum 8, 2, 13 *N.* *v.* Malacus.]

Sapiens. quaed. participia, verba an appellationes sint, dubitari potest, quia aliud alio loco valent, ut sapiens 1, 4, 27. I) *Adject.:* qui est sap., stultus non est 5, 10, 74. cum te pro astuto sapientem appelles 9, 3, 65. Pythagoras non sapientem se, sed studiosum sapientiae vocari voluit 12, 1, 19. amicos et bonos viros et prudentissimos dicimus vulgo, quorum nihil nisi perfecte sapienti datur 12, 2, 19. consilium judicum sapientium (*sic optt. Codd., Edd.* sapientum) 12, 10, 52. s. nutrices 1, 1, 3. s. viri 5, 11, 36. vir civilis vereque sap. 11, 1, 35. *cf.* Pr. 18. vir sapientissimus (*i. e. Socrates*) 11, 1, 10. II) *Subst.* a) Sapiens nomen ex causa datum 5, 10, 30. *cf.* 12, 7, 4. M. Cato summus imperator, idem sapiens (*Sp. om.*) *etc.* 12, 11, 23 *Z.* Atque ego illum, quem instituo, Romanum quend. velim esse sapientem 12, 2, 7 *N.* sapientis nomen sibi asseruit 12, 1, 20. mendacium dicere etiam sapienti aliquando concessum est 2, 17, 27. plerique veterum, qui, etsi nondum quenquam sapientem repertum putabant, praecepta tamen sapientiae tradiderunt Pr. 19. ut hoc, quod alias in servis quoque reprehendendum est, sit alias in ipso sapiente laudandum 12, 1, 39. *β*) *Plur.* admirator aliorum tanquam sapientium 9, 2, 46. secundum omnium sapientium leges 12, 7, 9. sapientium (*Sp.* — tum) aliquos nonnullam operam his studiis (*i. e. musicae*) accommodaturos 1, 10, 15 *Z.* sapientium (*Sp.* — tum) contiones 2, 17, 28 *Z.* si consilium contingat semper bonorum atq. sapientium (*Sp.* — tum) 3, 8, 2 Z. septem praecepta sapientium (*sic notatum ex Flor., Amb.* 2, *Guelf.*; *Edd.* sapientum) 5, 11, 39. non modo sapientibus dicitur, sed vulgo quoque semper est creditum 12, 1, 4. duos sap. aliquando justae causae in diversum trahunt 2, 17, 32. non trahentur his (*prooemiis*) illi sapientes 12, 10, 52. in iis, quae a sapientibus tradita sunt, paene ipsis par (*Euripides*) 10, 1, 68.

Sapienter. qua ducum quisque ratione sit usus sap. aut contra 2, 5, 15.

Sapientia. si sapientia bonum virum facit, bonus vir est utique sapiens 5, 10, 82; *Genit.:* est consequens sapientiae bonitas 5, 10, 75. gravissimos sap. magistros 12, 1, 30. 12, 6, 7. sap. studiosi Pr. 14. *cf.* 12, 1, 19. sap. professores Pr. 15. facultatem dicendi ex intimis sap. fontibus fluere 12, 2, 6. ex ipsis sap. penetralibus 12, Pr. 3. ex mediis sapientiae praeceptis orationem trahit 12, 1, 28. *v.* Praeceptum. deserta ab his, qui se ad eloquentiam contulerunt, studia sapientiae 12, 2, 8.

Sapio. aliud oratio sapit, nec vult nimium esse condita 11, 3, 182. sapiat oportet actor et vigilet *etc.* 7, Pr. 4.

Sapor. *ἀττικισμὸς* ille reddens (*Sp. de Regii conjectura* redolens) Athenarum proprium saporem 6, 3, 107 *Z. N.* sap. illum Atticum peregrino miscuerunt 12, 10, 19. cur in iis demum, qui tenui venula per calculos fluunt, Atticum sap. putent *ib.* 25.

Sarmentum. sarmentis circa cornua boum deligatis incensisque 2, 17, 19.

Sarracum. cum tibi tota cognatio sarraco (*optt. Codd.* serraco) advehatur *Cic. in Pis.* 8, 3, 21 *N.*

Sat. si hoc sat est 2, 11, 7. non magis hoc s. est, quam didicisse *etc.* 5, 10, 121. cum supervacuis verbis oratio oneratur, *Ego oculis meis vidi.* Sat (*a. l.* satis) est enim, *vidi* 8, 3, 53. *v.* Oportet; proprie *etc.* dicere s. est 6, 2, 19. quas neque generatim tradere sat est — neque per singulas species exequi patitur natura 5, 10, 100. nec id sat est, inimicos fuisse, sed an desierint *etc.* 5, 7, 13. nobis nostrum opus interim tueri sat est (*a. l.* satis) 10, 1, 9. *cf.* 7, 3, 32; quantum opus est, quantum sat est 4, 2, 45 *N. cr. et S.* interim illud admonere s. est 2, 4, 3. *cf.* 2, 2, 4. 4, 1, 15. 5, 13, 14. 6, 1, 12. (*Sp. in omnibus his locis* satis).

Satago. discursare et, quod Domit. Afer dixit, satagere ineptissimum 11, 3, 126 *v.* Discurso.

Satelles. quos contraxi satellites 7, 2, 54.

Satietas. taedium ex similitudine ac satietatem creat 9, 4, 143. si (*eloquentia*) ex copia satietatem tulerit 5, 14, 30 *v.* Fastidium. satietatem ut varietas earum (*figurarum*) ita raritas effugit 9, 3, 27.

Satio. satiari velut jucundioris disciplinae lacte 2, 4, 5. cum optimis satiati sumus 10, 1, 58. secretae (*figurae*) *etc.* ut novitate excitant, ita copia satiant 9, 3, 5.

Satira *vel* Satura. satira (*a. l.* satyra) tota nostra est 10, 1, 93 *N. cr.* alterum illud et prius satirae genus condidit Terentius Varro *ib.* 95. Mortem ac Vitam, quas contendentes in satura (*a. l.* satyra) tradit Ennius 9, 2, 36 *N. cf.* 9, 3, 8 *N. cr.*

Satis. satis est vetus, quid necesse est, quaeso, dicere Oppido (*intercidisse valde post* vetus *Z. docet in Suppl.*) 8, 3, 25 *N.* I) *Adject.* *α*) non satis efficit oratio 8, 3, 62 s. praestat (*ars*) 7, 10, 15. qui Ciceroni ne in eloquentia quid. s. tribuunt 12, 1, 22. jam nobis abunde satis ad discendum spatia viderentur 12, 11, 19. Sed de hoc satis 8, 6, 72. *β*) *c. Genit.:* consilii et animi s. 10, 1, 113. s. exemplorum 2, 2, 8. quibus ad evitanda vitia judicii s. fuit 10, 2, 15. *v.* Sufficio. s. patientiae 12, 8, 10. s. poenarum dedisse 7, 4, 18. *γ*) *c. Verbo Sum.* a) in hac ipsa cura est aliquid satis 8, Pr. 31. quod ipsum s. erat 10, 6, 2. quantum s. sit 11, 1, 91. Hoc s. est 11, 3, 26. Cui (*Sp.* Qui) porro non s. est, quod (*Sp.* quo) nihil esse melius potest 12, 10, 39 *N. cr. et S.* quibus nihil sit s., omnia — velint 10, 3, 11. nihil acquirere ultra quam s. erit 12, 7, 12. Cur non s. sit, Sermonem vulgo fuisse 9, 4, 119. *cf.* 4, 2, 110. interim s. erit, si puer omni cura *etc.* scripserit 2, 4, 17. b) *seq. Inf.:* quod videre non est s., perlegendum erit 12, 8, 12. *cf.* 4, 2, 94. (*a. l.* sat) 5, 13, 15. 8, 6, 74. 10, 7, 5. 11, 2, 44. quod in genera partiri sit s. 4, 5, 27. non quia prodesse unquam s. sit 12, 11, 1. negare sit satis (*Sp.* satius) an defendere 6, 5, 5 *Z.* quaed. significare s. erit 5, 11, 16. Verum hactenus evagari s. fuerit 2, 4, 32. Quod hactenus ostendisse s. est 6, 3, 62; velut s. sit, scire ipsos 8, 2, 19. inclinatio judicum ad nos petitur initio parcius, cum admitti s. est 6, 1, 10. c) *adj. Dat.:* non est s., omnia sic dicere, quomodo M. Tullius dixit? Mihi quidem s. esset, si omnia consequi possem. 10, 2, 25. opera extruentibus s. non est, saxa atque materiam congerere 7, Pr. 1. *cf.* 4, 2, 7. 5, 14, 26. 12, 10, 43; si oratori s. esset docere 10, 1, 78. id viro bono s. est, docuisse, quod

sciret 12, 11, 8; probationi interim s. est, unum habere 5, 10, 65. non tamen s. eloquentiae est, ea, de quibus dicat, clare atque evidenter ostendere 8, 3, 86; mihi s. est, ejus esse oratorem rei, de qua dicet, non inscium 2, 21, 14. *cf.* 8, 6, 40. d) *Comparat.:* satius est, aliquid narrationi superesse, quam deesse 4, 2, 44. eoque s. est, omni se anteactae vitae abstinere convicio 7, 2, 34. mutos nasci *etc.* s. fuisset, quam *etc.* 12, 1, 2. δ) *c. Verbis existimandi:* non s. credunt, excepisse, quae relicta erant 2, 1, 2 *v.* Credo. illud notasse s. habeo 9, 4, 15. *v.* Habeo. contenti fore domestico usu videbamur, ut tui meique filii formare institutionem s. putaremus 4, Pr. 1. hominibus, ut sint oratores, s. putant nasci 4, Pr. 1. *v.* Puto. si res nudas atq. inornatas indicare s. videretur 2, 4, 3. II) *Adverb.* α) *c. Adj.:* s. apertus 10, 1, 119. s. apti 9, 4, 106. *cf.* 11, 1, 91. caecis hoc s. clarum est 12, 7, 9. et longus et plenus et clarus s. spiritus 11, 3, 55. non s. in ea re doctus 12, 3, 3. nisi ex verbis atque sententiis per sese id quaeritur, s. odiosa esse n. poterit (*compositio*) 9, 4, 137. s. erit dividendi peritus 7, 10, 6. satis plena vel nimium 9, 4, 118. s. proprio verbo 8, 4, 15. tibiae non s. purgatae 11, 3, 20. β) *c. Adv.:* aperte s. 6, 1, 55. s. diligenter 12, 3, 3. s. perite 6, 2, 3. s. prudenter 2, 6, 5. s. recte 9, 4, 8. γ) *c. Verbis:* s. apparet 10, 3, 18. 11, 3, 174. nondum aptatis s. armamentis 10, 7, 23. nunquam s. credendum est (*litigatori*) 12, 8, 9 *N.* id aut satis, aut certe uti potuimus, dictum est 10, 1, 4. *cf.* 7, Pr. 1. 8, Pr. 24. 8, 5, 9. cum subtractum verbum aliquod s. ex ceteris intelligitur 9, 3, 58. *cf.* 9, 4, 120. ne illa quidem s. profuerint 5, 10, 121. quatenus appellatione ipsa non s. significari videtur 6, 2, 12. *cf.* 2, 4, 37. 5, 10, 43. quando res nec ulla sine arte s. valeat 9, 4, 7. *cf.* 10, 1, 1. rarum est, ut s. se quisque vereatur 10, 7, 24.

Satisfacio. α) satisfacere (*fig. ap. Cels.*) 9, 2, 104. quotiens ferimus, ignoscimus, satisfacimus, monemus (*in dic.*) 6, 2, 14. satisfacientes aut supplicantes summittimus (*manus*) 11, 3, 115 *Z.* satisfaciendi εἰρωνεία 6, 2, 15 *N.* summissa et ad satisfaciendum composita actio 7, 4, 27. tum lenior atque summissior decebit oratio. Nam et satisfaciendo aut nostram minuemus invidiam *etc.* 11, 1, 64. in satisfaciendo lenis et summissa (*vox*) 11, 3, 63; nos plene et statim de eo satis esse facturos 4, 5, 18. β) *c. Dat.:* leniores epilogi, quibus adversario satisfacimus 6, 1, 50 *N.* omnibus autem satisfactum volo, non me haec serius demonstrare aliis, quam mihi ipse persuaserim 3, 6, 65; quibus ego etiam pro boni viri officio satisfaciam 12, 1, 34. Quod si tradita mihi sequi praecepta sufficiat, satisfeceram huic parti 6, 2, 25. abunde dixit bene, quisquis rei satisfecit 12, 9, 7.

Satisfactio. turpis s. 6, 3, 34 *N.* s. culpae 11, 1, 76. sunt quaed. actiones in satisfactione, deprecatione, confessione positae *ib.* 52.

Satum. quae velut sata quaed. coelo terraque degenerant 12, 10, 19. animalium satorumque naturas 12, 11, 22. in satis omnibus fructibusque arborum nihil ad justam magnitudinem adolescere potest, quod loco, in quem crescat, caret 8, 5, 26. illa quae curam fatentur — velut laeto gramine sata strangulant 8, Pr. 23.

Satur. crudum aut saturum declamare neminem 11, 3, 27.

Saucius. jam vulgatum actis quoque *saucius pectus* (*fig.*) 9, 3, 17.

Saxeus. saxea verruca 8, 3, 48.

Saxosus. pisces quidam — saxosis gaudent 5, 10, 21.

Saxum. in structuris saxorum rudium 9, 4, 27. *v.* Materia. inter obstantia s. *ib.* 7. vulgi jam faces ac saxa jaculantis 12, 1, 27.

Scabellum. cur ex scamno fiat scabellum 1, 4, 12.

Scala. scala et scopa non alio vitiosa sunt, quam quod pluralia singulariter afferuntur 1, 5, 16.

Scamnum. *v.* Scabellum.

Scando. scandenti circa ima labor est 12, 10, 78. scandens in adversum 11, 3, 54.

Scarus. nec nostro mari scarum ducas 5, 10, 21. *N. et N. cr.*

Sceleratus. rem sceleratissimam audere 3, 8, 45.

Scelestus. quae poenis eripiat scelestos 2, 16, 2.

Scelus. jam cum sceleris compos fuit 12, 1, 7. quaed. scelerum offusa caligo 9, 3, 47. poenas scelerum expetere 12, 7, 1. prohibitio sceleris *Cic.* 9, 2, 18. facultatem dicendi sociam scelerum, adversam innocentiae 12, 1, 2; O sc. abominandum 8, 6, 40. vulgo dicitur, Scelera non habere consilium 7, 2, 44. quod omnia sc. in malos cadant, ideoque saepius deprehensa sint *ib.* 31. dignius esse odio sc., quod non habuerit causam *ib.* 36. nec pro encomio ducendum scelus primum *ib.* 33 *v.* Encomium; tantum sc. M. Cottam esse commentum — tantum sc. Oppium esse conatum *Cic.* 5, 13, 30. improborum scelera compescet 12, 1, 26. An credibile sit, reum sperare, id a se sc. effici posse? an ignorari, cum fecisset 7, 2, 42. *cf.* 5, 13, 14. scelus palam factum 5, 10, 19 *Z.* scelera suadentibus (*Sp.* pers.) 2, 15, 17 *Z.* ultum ire scelera et injurias 11, 1, 42; scelere solutum periculo liberavit 5, 11, 15.

Scena. fabulae ad actum scenarum compositae 5, 10, 9. et vocis felicitas et pronuntiatio vel scenis suffectura 10, 1, 119. in iis, quae ad scenam componuntur, fabulis 11, 3, 73. ut si sit in scena dicendum 11, 3, 182. quae nunc in scenis effeminata (*musice*) 1, 10, 31. miracula illa in scenis pilariorum ac ventilatorum 10, 7, 11; *transl.:* discutiendae oratione hujusmodi scenae.

Scenice. cum aliqua velut sc. fiunt 6, 1, 38.

Scenicus. α) quod est in primis frivolum ac scenicum 10, 7, 21. complodere manus et pectus caedere scenicum est 11, 3, 123; sc. actores 11, 3, 4. *cf.* 6, 1, 26 sc. doctores 11, 3, 71. decor quidam sc. 2, 10, 13. sc. ostentatio 2, 10, 8. a peregrinis scholis prope recepta (*manus*) tremula, scenica est 11, 3, 103. modulatio sc. *ib.* 57. *v.* Scurrilis. β) *i. q. comoedus:* ne gestus quidem omnis ac motus a comoedis petendus est. Quanquam enim utrumque eorum ad quend. modum praestare debet orator, plurimum tamen aberit a scenico 1, 11, 3. quaed. non indecentes, ut appellant scenici, morae 11, 3, 158 *N.*

Sceptrum. ut ap. Homerum de sceptro, quod a Jove ad Agamemnonem usque deducit 9, 3, 57. sceptra mihi liquit Pelops 9, 4, 140. (*Ulixem*) stetisse immoto sceptro 11, 3, 158.

Schema. (*quid Zoilus schema putaverit*) 9, 1, 14. (*quae Cic. putaverit schemata*) *ib.* 25. in sensu vel sermone aliqua a vulgari et simplici specie cum ratione mutatio 9, 1, 11. Quaed. et faciem soloecismi habent, et dici vitiosa non possunt. — Schemata igitur nominabuntur,

frequentiora quidem ap. poëtas, sed oratoribus quoque permissa 1, 5, 52. Verum sch. quoque habebit aliquam rationem —. Sed hoc quoque, quod sch. vocatur, si ab aliquo per imprudentiam factum erit, soloecismi vitio non carebit *ib.* 53. *v.* Metaplasmus. esset orationis sch. vitium, si non peteretur, sed accideret 9, 3, 2. *cf.* 10. schemata utraque, id est, figuras, quaeque *διανοίας*, quaeque *λέξεως* vocantur 1, 8, 16. *λέξεως* sch. duorum sunt generum 9, 3, 2. *cf.* 91. jamjam et liberûm in verbis sunt sch. 9, 1, 16. quod sch. *πρόληψις* dicitur 4, 1, 49. hoc (*i. e. μείωσις*) cum a prudentibus fit, sch. dici solet, sicut *ταυτολογία* 8, 3, 50. quomodo ironia alia sit tropi, alia schematos (*a. l.* schematis) 9, 1, 7. *cf.* 9, 2, 44. 46. 65. non est ipsa per se iteratio schema 9, 2, 63. illa non injucunda sch. 4, 5, 4. celebrata ap. Graecos sch., per quae res asperas mollius significant 9, 2, 92. quo schema, si intelligitur? 5, 10, 70. assimulata et arte composita procul dubio sunt schemata appellanda 9, 1, 27. haec sch., quae erunt per mutationem, adjectionem, detractionem, ordinem 9, 3, 27. sch., quod conjunctionibus abundat *ib.* 50. praeter illa posuerunt multa alia sch. 9, 2, 102. junguntur interim schemata 9, 3, 10. schemata de rerum tolli natura 9, 2, 95. schematum condicio non ead. est *ib.* 67. ea res multiplex habet sch. *ib.* 6. in ead. specie sunt, sed schemate carent nomina feminina, quibus mares utuntur 1, 5, 54.

Schematismus. schematismos vocamus 1, 8, 14 *N.* *v.* Metaplasmus.

Schola. I) Et quatenus huc incidimus, paulo plus scholis demus. Nam et in his educatur orator: et in eo, quomodo declamatur, positum est etiam, quomodo agatur 9, 2, 81. si studiis quidem scholas prodesse, moribus autem nocere constaret, potior mihi ratio vivendi honeste, quam vel optime dicendi videretur 1, 2, 3. non tantum se debere scholis rhetorum, quantum Academiae spatiis 12, 2, 23. non a philosophorum scholis praecepta vitae peterentur Pr. 17. in scholis philosophantium 12, 3, 12. pomeridianis scholis praecipere artem oratoriam 3, 1, 14. severe institutis sch. 2, 2, 10. a peregrinis sch. 11, 3, 103. sed ut fugiendae sint magnae sch. — non tamen hoc eo valet, ut fugiendae sint omnino sch. 1, 2, 16. hinc accidit — ut aetas altioribus jam disciplinis debita in schola minore subsideat 2, 1, 3; scholarum coetus 2, 9, 2. sch. consuetudo 4, 2, 28. 7, 2, 54. conventus sch. 12, 2, 8 *v.* Gymnasium. sch. exercitatio 2, 11, 1. sch. frequentia 1, 2, 1. cum grammatices amor *etc.* non scholarum temporibus, sed vitae spatio terminentur 1, 8, 12; cum Secundum, scholae adhuc operatum, tristem forte vidisset 10, 3, 13 *N.* nondum scholam egressi 5, 10, 96; in scholis *opp.* in foro 5, 13, 36. 45 *v.* Forum. jam in schola 5, 12, 22. nonnulli senes in sch. facti 12, 6, 5. in sch. certa sunt et pauca et ante declamationem exponuntur 7, 1, 4. in schola etiam ne color extra themata quaeratur 4, 2, 91. quo plures in sch. finguntur affectus 11, 1, 55; potiorem in scholis eruditionem esse quam domi 2, 3, 10. summam in scholis opinionem obtinenti 10, 5, 18. tam multis annis declamitare in scholis 12, 11, 15. quo (*vitio*) nunc maxime laboratur in causis omnibus scholisque cantandi 11, 3, 57. res praecipue in sch. anceps 8, 3, 23. Ex his (*controversiis figuratis*) quod est primum, frequens in scholis est 9, 2, 66. illa in sch. *ἤθη* 6, 2, 17. themata in sch. posita 12, 8, 6. in sch. quoque rebus ipsis affici convenit 6, 2, 36. solent in sch. fingi materiae ad deliberandum similiores controversiis et ex utroque genere commixtae 3, 8, 55. *cf.* 7, 1, 41. 11, 1, 79. vitiose in sch. facimus, quod exordio semper sic utimur, quasi causam judex jam noverit 4, 1, 3. ex scholis

haec vitia 6, 1, 43. II) *de discipulis:* Theodori sch. 3, 11, 26. ejus (*Isocratis*) sch. principes oratorum dedit 12, 10, 22. III) *i. q. disputationes rhetoricae:* velut regestae in hos commentarios sch. 3, 6, 59 *N.*

Scholasticus. I) *de homine:* dum scholastici sumus *opp.* foro 12, 11, 16. scholasticus (*Sp.* rusticus) in utramque partem dubium facit: disertus et verbis inhaerebit *etc.* 7, 1, 57 *Z.* II) *de materia:* in scholasticis nonnunquam evenit, ut pro narratione sit propositio 4, 2, 30 *N. cf.* 7, 1, 14; schol. controversiis 4, 2, 92. 97. sch. materia 11, 1, 82.

Scientia. *α*) *c. Adj.:* altissimam eruditionem ac scientiam 1, 4, 6. sc. civilis 2, 15, 33. sc. potest esse consummata, etiamsi nihil faciat 2, 21, 24. mutam quand. sc. 5, 10, 119. sc. trivialis 1, 4, 27. *β*) *c. Genit.:* nullam firmiorem probationem esse, quam quae sit hominum scientia nixa 5, 7, 4; armorum sc. 8, 6, 26. prope omnium maximarum artium sc. 2, 1, 4. liberalium disciplinarum sc. 12, 11, 21. juris civilis sc. et morum ac religionum reip. 12, 3, 1. citra justitiae scientiam 2, 15, 29. sc. musices 1, 10, 33. sc. civilium officiorum 2, 15, 36. sc. divinarum humanarumque rerum 12, 2, 8. *cf.* 10, 1, 83; sc. declamandi 2, 1, 2. bene dicendi sc. 2, 14, 5. 2, 15, 34. 3, 3, 12. 5, 10, 54. 7, 3, 6. *v.* Dico. recte inveniendi et disponendi et eloquendi sc. 5, 10, 54. *cf.* 7, 3, 12. sc. recte loquendi 1, 4, 1. sc. orandi 1, 10, 2. sc. petendi consulatus 11, 1, 69. sc. pronuntiandi 1, 11, 1. sc. recte scribendi 1, 7, 1. sc. videndi et agendi in quaestionibus civilibus 2, 15, 19. *γ*) *per singulos casus:* hic (*Critolaus*) scientiam, quia Peripateticus est, non, ut Stoici, virtutis loco ponit 2, 15, 20. si scientiam virtutem judicant *ib.* 36. quidam rhetoricen scient., sed non virtutem — nominaverunt *ib.* 2. scientiam in testibus et religionem, ingenia esse in argumentis dicitur 5, 7, 33. quanta in affectibus omnis generis movendis sc. 10, 2, 27; *Genit.:* eousque scientiae progredi 2, 1, 6. quidquid ad aliquam partem scientiae (*a. l.* sententiae) pertinet 10, 1, 42. falsa sc. persuasio 1, 1, 8. quam per omnes numeros penitus cognoscere ad summam scientiae necessarium est 8, Pr. 1; *Dat.:* impensam huic sc. operam dederunt 1, 10, 35. plus scientiae collaturus quam eloquentiae 10, 1, 95; *Accus.:* sc., quae augetur annis 12, 11, 2. armorum scientiam habere non artis 8, 6, 26. liberalium disciplinarum prae se scientiam tulit 12, 11, 21. scientiam declamandi ac facultatem tradere 2, 1, 2; *Ablat.:* ut non solum, quae ad philosophos atque oratores pertinent, scientia complecteretur 12, 11, 22. neque sc. modo constat orator, sed voce, latere, firmitate *ib.* 2. dicendi ratio, quae eorum sc., quibus solis quidam nomen artis dederunt, studiosos instruat Pr. 23. horum sc. debet esse succinctus 12, 5, 1. inter agendum nunquam est destitutus sc. juris 12, 3, 10. fructum ex animo suo et contemplatione ac scientia petet 1, 12, 18. hoc genus (*i. e. quaestiones infinitas*) Cicero scientia et actione distinguit 3, 5, 6 *v.* Actio.

Scilicet. *α*) *in explicando:* Nam quidam etiam in foro tanquam rem molestam et odiosam praetereunt: et iis plerumque, quae composita domo attulerunt, contenti, sine adversario dicunt: et sc. multo magis in scholis *etc.* 5, 13, 36. At quomodo inveniemus etiam illas occultiores quaestiones? sc., quomodo sententias, verba *etc.* 7, 1, 40. utrumque, quanquam diversi auctores, eod. modo finiunt, sc. rationem per ea, quae certa sunt, incertis fidem non dubiam afferentem (*sic bene optt. Codd.*; *vulg. fin.*, ut sit ratio — afferens) 5, 10, 8 *N. cr. et S.* Ordo quoque rerum aut affert, aut detrahit fidem: multo sc. magis, res prout con-

gruunt aut repugnant 7, 2, 57 *N.* quidquid loquemur ubicunque, sit pro sua sc. portione perfectum 10, 7, 28. Cicero ad Brutum, Sermo nullus sc. nisi de te: quid enim potius? 9, 3, 58. *β) c. ironia:* tum demum sc. ingeniosi, cum ad intelligendos nos opus sit ingenio 8, Pr. 25. Unde illa sc. egregia laudatio, Tanto melior, ne ego quidem intellexi 8, 2, 18. Ideoque qui horride atq. incomposite quamlibet illud frigidum et inane extulerunt, antiquis se pares credunt: qui carent cultu atque sententiis, Atticis scilicet 10, 2, 17. Habeamus enim sane, ut qui notis scribunt, certas imagines omnium, et loca sc. infinita, per quae verba, quot sunt in quinque contra Verrem secundae actionis libris, explicentur 11, 2, 25. Nisi forte accedimus iis, qui natura constare mores *etc.* putant: sc. ut ea, quae manu fiunt, atq. eorum etiam contemtissima, confiteantur egere doctoribus 12, 2, 2.

Scindo. I) scissa veste 2, 15, 7. labra et porriguntur male et scinduntur 11, 3, 81. *v.* Latus I. II) *transl.* scinditur vox 11, 3, 20 *v.* Vox.

Scintilla. sc. inter fumum emicantibus 8, 5, 29 *v.* Flamma.

Scio. scivisse (*moleste dictum*) 1, 6, 17. *α) simpliciter:* et intelligo, et sentio, et video saepe idem valent, quod scio 10, 1, 13. hoc maximum ignorantiae malum est, quod credit eum scire, qui moneat 12, 3, 3. praeceptores sciunt 6, Pr. 10; uti scis Ep. ad Tryph. 1. *β) c. Obj.* a) quod sciam 9, 1, 16. 9, 4, 63. quantum ego quidem sciam 3, 1, 19. quod illi diserti minime sciunt 12, 6, 5. haec fere — in hoc tempus sciebam 5, 12, 1. nam cetera semper sciet 12, 9, 21. Princeps, qui vult omnia scire, necesse habet multa ignoscere *Domit. Af.* 8, 5, 3. nihil se ex musicis scire nisi literas 1, 10, 18. sciat ergo quam plurima exempla 12, 4, 2; si quaed. justa natura, sed condicione temporum inutilia civitati sciemus 12, 1, 41. *cf.* 43. quod omnes sciant falsum 2, 10, 8; artem earum rerum esse, quae sciantur 2, 17, 36. b) ut haec non opinari, sed scire videantur 2, 17, 38. quam id scire facile est oratori, quod discunt, qui sua quoque confessione oratores esse non possunt 12, 3, 9. *v.* Disco. Nosco. Quid porro est honestius, quam docere, quod optime scias 12, 11, 6. *v.* Doceo. nec in cogitando laborabit, et (*Sp.* sed), quod sciet, vere dicet 12, 2, 17 *Z.* ea et sciet optime et eloquetur orator Pr. 17. quaeque antea scierim, quaeque hujus operis gratia potuerim inquirere 12, 11, 8. scia atque ille malum, quod tacetur 6, 3, 9. *γ) c. Interrogat. indir.:* vix scio, cui reliquerit hujus nominis locum 12, 7, 4. scire quidem eum in summam, quid acti sit, tamen rationem quoque facti cujusque cognoscere, ne gravetur 4, 2, 21. quid quoque loco quaerant, scient nec circumspectabunt 10, 7, 6. *cf.* 9, 4, 60. 10, 1, 2. neque prius contingere cursus potest, quam scierimus, quo sit et qua perveniendum 10, 7, 5. quare bonum sit, sciat 10, 2, 18. nomen fateor esse commune, et scio, quam multiplicem habeant disputationem 9, 1, 7. easd. causas, ut quisque egerit, utile erit scire 10, 1, 23. ut sciamus, an ead. dicat 12, 8, 8. *cf.* 5, 10, 122. sciendum vero in primis, quid quisque in orando postulet locus 9, 3, 102. *δ) seq. Acc. c. Inf.:* imperitis placere aliquando, quae vitiosa sunt, scio 12, 10, 51. *cf.* 11, 3, 118. in rebus, quas fictas esse scimus et inanes 11, 3, 5. *cf.* 5, 7, 5. 10, 2, 5. 10, 5, 22. longam esse duorum temporum et pueri sciunt 9, 4, 47. verum esse, quod dicimus, sciet 11, 3, 176. *cf.* 3, 8, 67. [12, 2, 31 *S.*] scias eum sentire, quae dicit 10, 1, 123. magis scias — non sine causa dici παιδομαθεῖς eos 1, 12, 9. sciat etiam Ciceroni placuisse, aiio *etc.* geminata I scri-

bere 1, 4, 11. jam hinc sciat, cetera quoque esse sibi supervacua 2, 2, 15. *cf.* 10, 1, 112. 12, 5, 3. sciamus nihil ornatum esse, quod sit improprium 8, 3, 15 *Z.* haec adolescentes sibi scripta sciant 3, 8, 70. *cf.* 1, 1, 8. 10, 2, 6; 10, 1, 31. 36. 11, 1, 15. 12, 7, 12. 12, 9, 15. si judex narrari nondum sciet 4, 1, 78. non primum in ea scierit esse tractandum, Verbis legum standum sit, an voluntate? 7, 10, 6. Quod si animadverterent literarum affinitatem, scirent sic ab eo, quod est robur, roboris fieri, quomodo *etc.* 1, 6, 24. vis scire, venenum esse amatorium? 8, 5, 31. neget se liberum esse eum scisse 7, 4, 14; *Pass.:* sciturque non idem esse occidere se, quod alium 7, 3, 7. sciebatur, interfectum eum 6, 1, 31 *N.* ε) *c. Inf.:* ne — nihil per se conari et quaerere sciant 2, 6, 6. antequam declamare (*Sp. inser.* jam) sciat 2, 1, 3 *Z.* nomina declinare et verba in primis pueri sciant 1, 4, 23. bene dicere scit orator 2, 17, 37. si docere sciant et velint 10, 5, 19. sciat ferire ac tueri 5, 12, 22. et ingredi citius *etc.* citra docentem natura ipsa sciunt 2, 16, 13. qui res invenire et disponere sciet 10, 1, 4. *cf.* 2, 12, 10. 9, 4, 4. redire ad propositum suum scierit 9, 2, 4. uti eis scire 7, 10, 15. ζ) *Partic.:* neque jubente neque sciente Milone 7, 1, 36; non solum scientibus ista, sed etiam discentibus tradimus 11, 1, 5. qui fecit quid sciens 7, 3, 32. sc. non laedit 5, 10, 74. nisi haec minora sc. omisisset 3, 1, 20. sc. transcurram subtiles nimium divisiones quorund. 4, 2, 2. injusta tueri sc. 12, 7, 7; jam scientem, quid pugna sit 12, 6, 6. omnium, quae pugna poscit, artificem, sed neque delectus agere, nec copias contrahere *etc.* scientem 12, 3, 5. *v.* Scitus.

Sciscitor. quotiens non sciscitandi gratia assumitur (*rogare*), sed instandi 9, 2, 7.

Scitus. Junguntur interim schemata, Sthenelus sciens pugnae: est enim, scitus (*a. l.* scius) Sthenelus pugnandi 9, 3, 10 *N. cr.*; adeo scitae interrogationes 5, 7, 28.

Scopa. *v.* Scala.

Scribo. fuerunt, qui nobis quoque adjicerent dualem: scripsere 1, 5, 42. I) *Verbum.* α) *simpliciter:* cum sit in studiis praecipuum, quoque solo verus ille profectus et aliis radicibus nixus paretur, scribere ipsum 1, 1, 28. scribere ad praesentes usus 10, 4, 3. scribere nec ubique nec semper possumus 10, 6, 1. *cf.* 11, 2, 45. ut paulo minus promtis etiam noceat scripsisse 12, 9, 16. ut juvenes, cum scribunt, gestum praemodulati cogitatione sic componant, quomodo casura manus est 11, 3, 109. An Demosthenes male sic egisset, ut scripsit, aut Cic.? 12, 10, 54; *de lege:* Non enim dixi quidem, sed non scripsi: nec scripsi quidem, sed non obii legationem *etc.* 9, 3, 55. *cf.* 5, 14, 4. β) *c. Attrib.:* fortasse sicut scribebant, etiam ita loquebantur 1, 7, 13. ego sic scribendum quidem judico, quomodo sonat *ib.* 30. *cf.* 10, 3, 8. cum sit duplex quaestio, quomodo et quae maxime scribi oporteat 10, 3, 4. *cf.* 1, 7, 20. Quomodo scribendum? 10, Cap. 3. ut aliquando dicatur aliter, quam scribitur 12, 10, 57. quae (*literae*) scribuntur aliter, quam enuntiantur 1, 7, 28. lex aperte scripta est 4, 4, 4. mihi unum atq. idem videtur, bene dicere ac bene scribere 12, 10, 51. cura bene ac velociter scribendi 1, 1, 28. ut quam optime scribamus 10, 3, 9. ut possimus scribere etiam plura celerius 10, 3, 15. de rhetorice diligenter scripsit 3, 1, 15. *cf.* Pr. 1. 6, 3, 102. quod male scribitur, male etiam dici 1, 5, 6. praeclare scr. 10, 1, 73. recte scribendi scientiam 1, 7, 1. de partibus singulis separatim scribere 4,

Pr. 7; eand. materiam scribere de integro 2, 4, 13. ex tempore scribunt 10, 3, 17. scripsit non sine cultu ac nitore 10, 1, 124. *γ) c. Obj.* a) *Act.:* quae scripseris iterata lectione complecti 11, 2, 2. quae scripserunt, vel cogitatione complectuntur *ib.* 19. *cf.* 10. ut ei tam quae cogitarit, quam quae scripserit atq. edidicerit in dicendo fidem servent 10, 6, 4. vel in his, quae scripserimus, velut summas in commentarium et capita conferre 10, 7, 32. *v.* Commentarius. ut, cum multa scripserimus, etiam multa dicamus *ib.* 7. *cf.* 10, 1, 124. si omnia scriberent, uti gesta sunt 12, 8, 6. cum Graeca scribimus 1, 4, 7; cum carmen, quale victoribus componi solet, scripsisset 11, 2, 11. an aliter defensionem Socratis et eorum, qui pro patria ceciderunt, laudem scripsisset 2, 15, 29. historiam multi scripsere praeclare 10, 1, 73. *cf.* 31. ut maxime necessaria et utique initia scribant 10, 7, 30. quos (*libros*) scripseram Ep. ad Tryph. 1. historias scribendi industriam 10, 1, 75. orationes scribere 2, 17, 13. *cf.* 10, 1, 23; colaphum tibi ducam et formulam scribam 6, 3, 83 *N.* b) *Pass:* Omnia nostra, dum nascuntur, placent, alioqui nec scriberentur 10, 3, 7. illa, quae scripta sunt, retinent animum, non sequuntur 12, 9, 18. ego ne scribendum quidem puto, quod non (*Sp. om.*) simus memoria persecuturi 10, 7, 32 *Z.* scribendum quam diligentissime et quam plurimum 10, 3, 2. etiamsi scribitur, tamen parum exprimitur (*litera M*) 9, 4, 40. laudes ac vituperationes scribebantur 3, 4, 5. inspicienda materia est, quo praecipimus ordine; scribenda, quo dicimus 3, 9, 9. Cinnae Zmyrnam novem annis scriptam 10, 4, 4. quae praecipue scribenda sint 10, 5, 1. c) *seq. Acc. c. Inf. vel ut:* Cic. quodam loco scribit, id esse optimum *etc.*; alio vero: 11, 1, 92; non est scriptum, ut bis praecipitetur 7, 8, 6. *cf.* 7, 6, 10. *δ) c. Dat. aut c. Praeposit.:* ei, cui deerit ingenium, non magis haec scripta sint (*Sp. sunt*), quam de agrorum cultu sterilibus terris Pr. 26. scribebat aliis, non ipse dicebat 9, 4, 17 *Z.* *cf.* 3, 8, 50. qui orationes aliis scribebant 11, 1, 38; si quis fugitivo stigmata scripserit 7, 4, 14 *N.*; in quos orationes etiam scripserat 11, 1, 73. ea contra quae scripsimus 10, 7, 3. qui de artibus scripserunt 10, 1, 49. *cf. ib.* 122. 11, 3, 143. *ε) adj. Ablat.:* quae si nostris literis scribantur 12, 10, 28. *cf. ib.* 30. 1, 7, 26. qui notis scribunt 11, 2, 25; ut cum, si tempus significaret, per Q; si comitem, per c ac duas insequentes scriberetur 1, 7, 5; scribi optime ceris 10, 3, 31. *cf.* 11, 2, 32; in epistolis, quas sua manu scripsit 1, 7, 22; si puer omni cura et summo labore aliquid probabile scripserit 2, 4, 17.

II) *Partic. α) Praes.:* quae scribentibus custodienda 1, 7, 1. *cf.* 1, 2, 12. quam culpam non scribentium quidem judico, sed legentium 8, 3, 44. quae nec scribentium curam, nec dicentium impetum consequantur 10, 3, 20. quam altissimum silentium scribentibus maxime convenire *ib.* 22. quae scribentib. solent extra ordinem occurrere *ib.* 33; quae fuerit scribentis voluntas (*in testamento*) 7, 6, 12. *β) Perf. Pass.* a) *simpliciter:* quae scripta sunt, aut posita in more civitatis 12, 3, 7. alia esse scripta, alia inscripta 3, 6, 37. quae nostrae partis sunt, scripta esse possunt 12, 9, 19. quod prosa scriptum 9, 4, 52; dicet scripta quam res patietur plurima 12, 9, 16. in quo libro scriptum hoc invenitur 1, 1, 15. qui de arte oratoria scriptum aliquid reliquerunt 6, 1, 7. *cf.* Pr. 1. scripta et lecta saepius revolvendi 11, 2, 41. scripta lectione secura transcurrimus 10, 5, 8. ut facile atq. distincte scripta oculis sequantur 2, 5, 4. *v.* Sculpo; omnem bene scriptorum gratiam perdet 11, 2, 46. b) *c. Subst.:* cum

defensionem scriptam obtulisset 11, 1, 11. heres scr. 3, 6, 98. locos scr. 2, 4, 27. 10, 5, 12. scr. orationes vel historiae 2, 18, 5. *cf.* 4, 2, 25. 10, 5, 2. 12, 10, 51. in Oratore postea scr. 9, 3, 90; codicilli dubium ad quem scr. 7, 2, 52. in epistolis ad C. Caesarem scr. 1, 6, 19. adv. desertores scr. (*lex*) 7, 7, 6. scr. ad ipsum literis 9, 4, 1. *cf.* 10, 1, 39. causa, in quam scr. legetur oratio 2, 5, 7. quattuor illa verba pluribus modis scr. 8, 6, 64. III) *Gerund.* α) *Genit.:* scribendi diligentiam 10, 1, 3. 10, 3, 27. scr. exercitatio 9, 4, 14. legendi scribendique facultas 1, 4, 1. *cf.* 10, 7, 1. 11, 1, 1. scr. laborem 10, 6, 1. scr. mora 10, 3, 6. scr. neg'igentiam *ib.* 18. scr. ratio 1, 4, 3. *cf.* 12, 10, 49. scr. securitate 10, 6, 2. scr. solicitudinem 10, 1, 20. scr. usus 10, 2, 2. β) *Dat. et Accusat.:* παράδειγμα dicendo, ἐνθύμημα scribendo esse aptius 12, 10, 51. illud ediscendo scribendoque commune est 11, 2, 35; si humano quod. modo ad scribendum accesserimus 10, 3, 15. idoneam maxime ad scr. demonstrativam 3, 8, 63. omnem ad scr. destinatam materiam 5, 10, 9. 10, 3, 14. si quid in literis valeat, ad scr. potius suadebo convertere 11, 2, 49. γ) *Ablat.:* ad quam (*facilitatem*) scribendo plus an legendo, an dicendo conferatur 10, 1, 1. *v.* Lego. ut scrib. dicamus diligentius, dicendo scribamus facilius 10, 7, 29. cito scrib. non fit, ut bene scribatur; bene scr. fit, ut cito 10, 3, 10. alios barbarismos scr. fieri, alios loquendo 1, 5, 6. *cf.* 1, 6, 1; manus in scr. decurrit 10, 7, 11. in scr., quae se nobis solutiora obtulerunt, componimus 9, 4, 15. *cf. supra* I.

Scriptor. I) *testamenti:* accidit nuper, ut esset scriptum, quod appareret scriptorem noluisse 7, 6, 11. Et scr. quidem semper tueri signatorem necesse habet, signator scriptorem non semper 7, 2, 53. II) *libri.* α) summae ap. antiquos auctoritatis scriptores 3, 4, 1. excutiendum omne scriptorum genus 1, 4, 4. *cf.* 2, 5, 18. β) *peculiariter Artium:* Est hoc, quod scriptor demonstrare non possit, nisi certa definitaque materia 7, 10, 7 *N.* omnibus scriptores sua nomina dederunt, sed varia et ut cuique fingenti placuit 9, 3, 54. ea scriptores observata et collecta ediderunt 5, 10, 120. in aliis omnibus summa inter scr. dissensio est 3, 6, 22. *cf.* 8. Pr. 4. 11, 3, 117. γ) *adj. Genit.:* de quibus fere scriptores hujus artis loquuntur 9, 4, 96. ut, qui diligentissimi Artium scriptores extiterunt, ab eloquentia longissime fuerint 8, Pr. 3. inter omnes Artium scriptores constitit 7, 7, 1. De scriptoribus artis rhetoricae 3, Cap. 1. *v.* Ars. veteris comoediae scriptores 10, 1, 9. scr. carminum 1, 5, 11. scr. iamborum 10, 1, 9. 59. mimorum scr. 1, 10, 17. tragoediarum scr. 1, 5, 21. 10, 1, 97.

Scriptum. I) *omne, quod literis notatur:* plus exigunt subtilitatis, quae accidunt in dicendo vitia, quia exempla eorum tradi scripto non possunt 1, 5, 17. an in scripto sit vitium *opp.* quae fiunt per sonos *ib.* 19. productio scripto et correptio in dubio relicta causa est ambiguitatis 7, 9, 13. quod ad scriptum vocemque pertinet, in utramque par est partem (*amphibolia*) *ib.* 14. nec scripto modo id accidit, sed etiam sensu plerique obscene intelligere cupiunt 8, 3, 47; optimum esse emendandi genus, si scripta in aliquod tempus reponuntur, ut ad ea post intervallum, velut nova atq. aliena, redeamus, ne nobis scripta nostra, tanquam recentes fetus, blandiantur 10, 4, 2. ut dicta quaed. ita scripta quoque fingi solent 9, 2, 34. cum et scripta perdidit, et non quaerit nova 10, 7, 33. ut scriptorum colorem etiam, quae subito effusa sunt, reddant *ib.* 7. cum saepe etiam scriptis ea, quae subito sunt nata, inserantur 10, 6, 5. illa quae scriptis reposuimus 11, 2, 9. cui in scriptis memoria defuerit 11, 3, 12; in lusu duo-

decim scriptorum (*a. l.* scruporum) 11, 2, 38 *N.* II) *de epistolis aut libris:* in eo scripto, quod Nero ad Senatum misit 8, 5, 18; ejus scripta tantum intra famam sunt 11, 3, 8. eos praestantissimos oratores alio, quam scriptis cognoscimus? 12, 10, 54. scientia rerum an scriptorum copia *etc.* clariorem 10, 1, 83. qui poëtarum scripta pronuntiant 12, 3, 1. licet Terentii scripta ad Scipionem Africanum referantur 10, 1, 99. in alienis scriptis 6, 2, 35. III) *in legibus et testamentis.* *α*) quod de legibus dico, idem accipi volo de testamentis, pactis, stipulationibus, omni denique scripto 7, 5, 6. scriptum legis 3, 6, 100. est enim scriptum de rebus utique diversis 5, 13, 23 *N.* non ergo credibile est de advocato damnati scriptum 7, 1, 57 *N.* congregatio scriptorum et non scriptorum 3, 5, 17. multa dicentur, quibus scriptum expugnatur 7, 7, 4. contra scriptum tribus generibus occurritur 7, 6, 5. *cf.* 5, 10, 98. esse quaestiones aut in scripto aut in non scripto. In scripto sunt de jure, in non scripto de re 3, 5, 4 *N.* omne jus, quod est certum, aut scripto aut moribus constat 12, 3, 6. quaestiones, quae scripto constant 5, 10, 106 *N.* semper stari scripto non posse 7, 6, 7. scriptum (*Sp.* in scripto) aut apertum est, aut obscurum, aut ambiguum 7, 5, 5 *Z.* ex scripto ducere, quod scriptum non est 7, 8, 6. in nomine, quod pendet ex scripto 7, 3, 7 *N. v.* Res. *β*) *sensu rhetorico:* in hos, qui jam scripti sunt, status, visa est cadere translatio 7, 4, 13 *N.* qui ex scripto dicuntur (*status*) 3, 6, 46. Corn. Celsus qualitatem in rem et scriptum dividit. Scripto quattuor partes legales subjicit *ib.* 38. His adjicitur Modus — idque tum ad qualitatem scriptumque pertinet 5, 10, 22 *N.* *γ*) *opp. Voluntas vel Sententia:* scriptum et voluntas de eo disputat verbo, quod est in lege; syllogismus de eo, quod non est 7, 10, 3. *cf.* 2. 7, Cap. 6. *v.* Voluntas. scripti et voluntatis quaestio 3, 6, 61. 66. 7, 6, 1. et scripti et sententiae vel voluntatis status 3, 6, 46. *cf.* 98. ut de scripto et sententia quaeratur *ib.* 72. qui voluntate nitetur, scriptum infirmare debebit 7, 6, 9. lex omnis quaestionem habet aut in scripto aut in voluntate 7, 5, 5.

Scriptura. cum scr. dubia est 7, 9, 6. ad imitationem alterius scripturae 9, 2, 34.

Scrupulose. tenuis illa et scr. in partes secta divisionis diligentia 4, 5, 6. minutius et scrupulosius scrutantur omnia 5, 14, 28.

Scrupulosus. scr. divisionem 9, 1, 7 *v.* Multiplex.

Scrutor. quod non ratione scrutabimur, non poterimus invenire nisi casu 5, 10, 22. inferiora quoque scrutabimur 7, 1, 27. exoletos auctores scrutatus 8, 2, 12. scrutabitur ille praeceptor acer atq. subtilis origines nominum 1, 4, 25. in quibus scrutabamur voluntatem 2, 4, 26. scrutanda singula 5, 10, 122. scrutanda omnia per partes 10, 1, 20. *v.* Scrupulose.

Sculpo. dicet scripta et, ut Demosth. ait, si continget, sculpta 12, 9, 16 *N.*

Sculptura. sc. etiam lignum, ebur, marmor, vitrum, gemmas praeter ea, quae supra dixi, complectitur 2, 21, 9.

Scurra. in se dicere non est fere nisi scurrarum 6, 3, 82. *v.* Insipiens.

Scurrilis. dicacitas scurr. et scenica 6, 3, 29. non hoc modo et ipsum scurrile — sed illud ex eod. genere praeclarum *ib.* 48.

Scurrilitas. affectata sc. 11, 1, 30.

Scutum. imaginem Galli in scuto Cimbrico (*a. l.* Mariano) pictam 6, 3, 38 *N.* Tabernae erant circa forum, et sc. illud signi gratia positum *ib. N.*

Secedo. I) cum in insulam secessisset Tib. Caesar 3, 1, 17. II) *transl.:* cum ad stilum secedet 1, 12, 12. [Quid tamen his ipsis ejus operibus, in quae juvenis secesserat (*de conj.* Lipsii, *omn. Codd.* success.) sublimius, doctius *etc.* 10, 1, 91 *N. cr.*]

Secerno. neque ipsam pronuntiationem ab oratore secernet 1, 11, 17. qui dicendi facultatem a majore ac magis expetenda vitae laude secernunt 2, 15, 2; jam secretus et consecratus 12, 11, 7. *v.* Consecro. multo plus secreti temporis (*Sp. om.*) 1, 2, 11 *N. et S.*

Secessus. jucundus (*Z. conj.* vivendi jucunde) hic magis quam studiorum hortator videtur esse sec. 10, 3, 23. silentium et secessus *ib.* 28. *v.* Silentium. tantum intulisse eloquentiae lumen, quod in hos quoque studiorum secessus excurrit 10, 5, 16.

Seco. secat, secuit 1, 4, 13. I) *proprie:* medicis etiam integra secantibus 10, 4, 3. (*manus*) secanti similis 11, 3, 119 *N.* vox secans aëra *ib.* 40. II) *i. q. divido:* velut diversae viae secari coeperunt 3, 1, 14. quae natura singularia sunt, secant 4, 5, 25. sectas ad tenuitatem suam vires 12, 2, 13. scrupulose in partes secta (*a. l.* sectae) divisionis diligentia 4, 5, 6 *N. cr.* secantur haec in plures (*sc. partes*) 8, 6, 13. [non equidem in omnes eam (*orationem*) particulas secabo (*omn. Codd.* locabo) 8, 3, 63 *N. cr.*] in species secatur (*genus*) 5, 10, 90. per minutissimas ista partes secuisse 5, 11, 30.

Secreto. s. factum 5, 13, 16. qui filium s. occidisset 9, 2, 79.

Secretum. I) *de loco:* secretum in dictando perit 10, 3, 22. est tamen lucubratio optimum secreti genus *ib.* 27. in turba, itinere, conviviis etiam faciat sibi cogitatio ipsa secretum 10, 3, 30. ille tantus amator secreti Demosthenes *ib.* ut bona ingenii studiique in lucem non prolata situ quod. secreti consumerentur 12, 5, 2. cum stilus secreto gaudeat 10, 7, 16; non minorem flagitiis occasionem secreta praebuerint 1, 2, 4. quae (*mens*) in hujusmodi secretis languescit, et quend. velut in opaco situm ducit *ib.* 18. dulcis secretorum comes 1, 4, 5. II) *transl.:* hactenus eloquentia secretum habet 12, 9, 5. animi secreta detegit oratio 11, 1, 30.

Secretus. loco celebri, secreto 11, 1, 71; secr. disputationibus 12, 2, 7. in epistolis secr. et familiaribus 1, 1, 29. secr. et extra vulgarem usum positae (*figurae*) 9, 3, 5. secr. studia 2, 18, 4. 12, 6, 4; interpretationem linguae secretioris 1, 1, 35. origines nominum: quae ex habitu corporis *Rufos Longos*que fecerunt: (ubi erit aliud secretius, *Sullae*, *Burrhi etc.*) 1, 4, 25 *Z.*

Secta. I) exprobrare diversam vitae sectam 3, 8, 38. non alia vitae s. longius a civilibus officiis recessit 12, 2, 6. II) *de philosophorum partibus:* Stoicae sectae 11, 1, 70. ejus sectae, quae aliis severissima, aliis asperrima videtur, principes 1, 10, 15 *N.* quae s. conferre plurimum eloquentiae possit 12, 2, 23. neque enim me cujusdam sectae addixi 3, 1, 22 *Z.* ad morem certas in philosophia sectas sequendi 3, 1, 18. Epicuri sectam secutos 5, 7, 35 *S.* diversarum sectarum velut duces 5, 13, 59.

Sectio. de sectione in infinitum 1, 10, 49.

Sector. sectatur voluptatem 10, 1, 28. omnes dicendi Veneres sectatus

est *ib.* 79. quas (*figuras*) sine substantia sectari 9, 3, 100. non ut omnia dicerem sectatus 1, 10, 1.

Secubo. saepe secubanti amatorium dedit (*sc.* mulier) 7, 8, 2.

Seculum (*Z.* saeculum) I) *de ipso tempore:* ut videri possit seculo prior 10, 1, 113 *N.* etiam praeteritis sec. vixisse 12, 4, 2. Quot seculis Aristoteles didicit 12, 11, 22. ingeniorum monumenta, quae seculis probarentur 3, 7, 18. vir seculorum memoria dignus 10, 1, 104. II) *de hominibus:* ex eo, quod continetur, usus recipit seculum felix 8, 6, 24. dicent haec plenius futura sec. 10, 1, 92. perpetua seculorum admiratione celebrantur 11, 1, 13. rudis squalore seculi 2, 5, 23. *cf.* 12, 11, 23.

Secundum. s. plurimos auctores 3, 6, 66. s. id pronuntiet 4, 2, 66. s. condicionem propositorum 6, 2, 17. *cf.* 10, 1, 71. s. communem potius loquendi consuetudinem, quam ipsam veritatis regulam 11, 1, 12. *cf.* 12, 2, 19. s. cujusque rei dignitatem 7, 4, 5. *cf.* 21, 1, 8. s. aliam illius aetatis facilitatem 1, 12, 11. s. quend. intellectum 6, 2, 10. *cf.* 3, 8, 2. s. legem 5, 13, 7. *cf.* 12, 7, 9. s. mores utentium 2, 12, 1. facilius esse sec. naturam, quam contra eam vivere 12, 11, 13. *v.* Natura. neque — cum in utramque partem disseruerunt, non sec. alteram vivent 12, 1, 35. s. rationem 11, 3, 54. *v.* Ratio. s. tabulas testamenti 5, 14, 15. s. hanc utilitatem 5, 13, 13. s. verum 6, 2, 30. s. virtutem orationis 7, 3, 12. *cf.* 3, 7, 15. s. vires cujusque 12, 6, 1. Sunt et quidam, qui s. alia vitae vitia, etiam hac ubique audiendi, quod aures mulceat, voluptate ducantur 11, 3, 60; cum ductus est caecus secundum (*Sp.* secus) viam stare (ἀδιανόητον) 8, 2, 20 *S.* rei, quae undique s. nos (*i. e. nobis favorabilis*) sit 3, 8, 34 *N. cr.*

Secundus. I) *α*) *simpliciter:* quanto sit aliud proximum esse, aliud secundum 10, 1, 53. meruit credi secundus *ib.* 72. secundus est Virgilius, propior tamen primo quam tertius *ib.* 86. famam, qua diu princeps oratorum, aliquando aemulus Ciceronis existimatus est, novissime — sec. 11, 3, 8. quorum prior — sec. 12, 10, 4 *v.* Prior. quid quoque loco primum sit ac sec. et deinceps 10, 7, 5. *v.* Deinceps. etiamsi quis summa desperet, tamen est, ut Cic. ait, pulchrum in secundis tertiisque consistere 12, 11, 26. *β*) *c. Subst.:* in s. assertione 11, 1, 78. quod s. posuimus genus 9, 2, 76. a s. heredibus 8, 4, 11. s. (*libro*) 10, 5, 1 *v.* Liber. pronuntiationi palmam dedit, eidemque sec. ac tertium locum 11, 3, 6. *v.* Locus. sec. modo dicitur proprium — Et tertius est huic diversus modus 8, 2, 7. pars ex duabus, quas fecimus, sec. 9, 4, 130. s. respiratio 11, 3, 49. s. syllaba 1, 7, 4. 7, 9, 13; Ita erit prima intentio, sec. assumtio, tertia connexio 5, 14, 6. *cf.* 11, 3, 43; sec. a finitione status 7, 10, 1; gladiatorum manus, quae sec. vocantur 5, 13, 54 *N.*; quamvis ei secundas fere Grammaticorum consensus deferat 10, 1, 53 *N. v.* Princeps. II) *de tempore i. q. praesens:* Secundum tempus subtilius quidam, quam necesse erat, diviserunt, ut esset juncti, *Sonus auditus est;* adhaerentis *Clamor sublatus est.* Insequentis sunt illa, *Latuisti etc.* 5, 10, 46. *v.* Praesens. III) *i. q. prosper:* secundos impetus auget placendi cupido 10, 7, 17. *v.* Adversus.

Secure. *Compar.:* an aliter facere securius potuerit 7, 2, 43. multa de rege Pyrrho securius inter coenam locuti 6, 3, 10.

Securis. s. utrinque habens aciem 1, 4, 12.

Securitas. infelicem quidem sed certissimam tamen s. 6, Pr. 15. quae, quamquam et ipsa reprehensione digna, securitas tamen esset utcunque

reprehensione digna 2, 3, 4. ne invisa sit litigantis s. 6, 1, 34. odit judex litigantis securitatem 4, 1, 55. *cf.* 6, 3, 62. simplicitas illa et velut sec. inaffectatae orationis mire tenues causas decet 11, 1, 93. sic audientibus sec. aberit 2, 5, 13. illa summa cura securitatis est similis 5, 13, 52. res altera taedium laboris, altera securitatem parit 2, 2, 6. ipsa securitate dimittimus, quae scripsimus 11, 2, 9. quod nulla scribendi securitate laxatur 10, 6, 2. *v.* Laxo.

Securus. α) *de personis:* a securis otiosisque 5, 13, 59. cum reus dicitur robustus, armatus (*Sp. inscr.* solicitus) contra infirmos, inermes, securos 4, 2, 55 *S. cf.* 6, 1, 14. nedum eum (*judicem*) supini securique moveamus 11, 3, 3. serum est, advocare iis rebus affectum in peroratione, quas securus narraveris 4, 2, 115. si securum intrarit oratio 4, 5, 5; securus tam parvae observationis 8, 3, 51. β) *de rebus:* ut, quae complexi animo sumus, fluant secura 10, 6, 6. causae solicitae, securae 11, 3, 151. securae claritatis (*vox*) *ib.* 64. s. lectione 10, 5, 8. tam sec. observatio artium 11, 1, 54; tempore ad componendum securiore 12, 1, 20.

Secus. prout opportune proprieque aut secus collocata sunt (*verba*) 10, 2, 13. utiles aut secus secundum mores utentium fiunt 2, 20, 1. *v.* Secundum.

